La Signoria di Genoua hà gran giurisdittioni, Capitaniati, & Podestarie. Ha la Città di Sauona con tutto il suo Territorio. Hà la Città di Gonma con le Fortezze, & territorio suo. Hà la Città di Nolli. Hà la Giurisdittione della Pietra molto grande, con diuerse Ville. Hà la Città di Albenga, nobile, & antica, con le Giurisdittioni con diuerse Ville. Hà il porto Mauritio, Tagia, Remo, quali hanno molte Ville sotto loro, & la Signoria gli manda officiali ogn'anno.

Hà verso Ponente di Lombardia passato il Giogo Monte, tutta la Valle di Pozzeura, della quale si cauariano due milia huomini armati in fauore della Republica, & tutta quella Valle dura venti miglia. Appresso Genoua, segue Frassano, Veltaggio Gate, Vnada, Rossiglione, & Mouico con suoi Castelli, doue la Signoria manda ogni anno suoi officiali, & sono buone terre, hanno vini, grani, castagne, & legne in quantità, & supplescono alli bisogni della Republica, & di tutta la Città, & non passano trenta miglia lontano dalla Città. Gli luochi della Riuiera di leuante sono molto buoni, & fertili, & non sono minori di quelli di Ponente, & primieramente vien porto Fino, Rapalo molto ricco, & abbondante, Sestri, Monaco, le Cinque doue nascono li vini recenti di Leuante, Portouenere, & la Spetie.

Questo paese è abbondante & d'arme, & di marinarezza, pochi huomini precedono à questi in ogni cosa, confinano parte co'l Pisan parte con Fiorentini, & parte con la Lombardia, & hanno da Genoua al fiume Macra poco manco di cento è cinquanta miglia.

Molti frutti nascono in paese, & di che sorte si voglia, & buoni, & i vini pretiosi, & grandi, & piccoli solamen. la Dea Cerere non vuole farsi gli grate ... star ... per esser stata alleuata in Sicilia. Ma di oglio, & di vino, castelle ... è abbondan ... in Genoua com. per la Riuiera, sì da Leuante, come da Ponente.

Genouesi essendo posti in luogo aridissimo, & che mãca della maggior parte delle cose, che la natura concede per l'vso, & viuere degli habitante, temendo continuamente vna gran pouertà, fatti,

torem, Capitaneum, Legatum, Prætorem, aliosq; officiales consuetos. Idem quoq; facit in Herelana, loco castellis & præsidijs in Florentiæ confinibus, munito. Item in Castro nouo aliisque vicinis prędijs. Versus Occidentem habet sub suo Dominio Vintimilliam ciuitatem ditissimam, quę multas quoq; villas & castella complectitur. Dominatur etiam Tertij villis, quarum pręcipua Pieue est, eiusque territorium, cum diuersis castellis ac pagis, quibus suos mittunt Capitaneos, præsides, ac alios officiales. Estque hic locus omnibus quę ad victum humanum pertinent abundans.

Idem hic S. Georgij Magistratus maximis abundat pecunijs, ... superest armis, atq; consilijs, neq; vnquam Reip. tum pecunijs mutuis, tum alijs rebus, quãtum opus habuit, defuit.

Ipsa Genuensis Respubl. magnas habet iurisdictiones, Ducatus & Præturas. Habet sub se Sauonam ciuitatem, cum toto suo territorio. Habet Gommam ciuitatem, cum munitionibus & toto territorio. Habet Nolam ciuitatem. Habet iurisdictionem Petræ, quæ magna est ac plurimos pagos complectitur. Habet Albengam ciuitatem nobilem atque veterem, cum suis Iurisdictionibus & villis. Habet Portum Mauritium, Tagium, Remum, qui multas sub se quoque habent villas; atque his omnibus suos quotannis mittit Reip. Genuensis officiales.

Versus Occidentem habet in Longobardia, vltra Iugum montem, totam Vallem P... eura..., è qua bis mille armati in fauorem Reip. si aliqua vrgeat necessitas educi possent. Protenditur hæc vallis ad viginti millia ... Post Genuã sunt Frassanum, Voltagium, Gate, Vnada, Rossilionum, & Mouicum, cum suis castellis, quib. itidem quotannis suos Resp. mittit officiales. Horum territoria sunt optima ... ac ... vino, castaneas, & ligna, magna pro... ita vt & Reipublicæ, & toti ciuitati ... neque vltra triginta milliaria ab ea extenduntur.

Quæ in Orientali parte sunt loca, optima quoque sunt ac fertilia, neq; Occidentalibus minora. Primo autem occurrit Portus Finus, Rapalum, dines & abundãs, Sestris, Monacum, Le Cinque, vbi vina quæ Recentia Orientis vocant nascuntur, Portus Veneris, & Species.

Tota regio armis, & naualibus abundat, & paucos inuenias homines qui eos in quacunq; re præcedant. Contermini sunt partim Pisanis, partim Florentinis, parti in Longobardis, ac totum tractum à Genua vsq; ad Macram fluuium, centum ac quinquaginta milliarium possident.

Multi fructus, ac omnis generis in hac nascuntur regione, ac vina tum generosa, tum etiam leuiora. Sola Ceres eam nõn est dignata visitare, forte quia in Sicilia educata fuit. Olei autem & vino-

rum

& sono sollecitissimi, & diligentissimi nelle sue cose di mercantia, la qual li rende ricchi talmente, che si attroua delle famiglie, oltre venti, che passano trecentomila scudi di facoltà per ciascheduna.

Genoua è piena di buoni palazzi, & tutti per la maggior parte alti da tre, & quattro solari, & alcuni di cinque. Ha Chiese molto belle, & strade in molte parti sono eguali, & tutte saleggiate di pietre durissime, che di cuogoli cernui minuti, per lo che quasi sempre sono monde.

Tra gli altri palazzi vi è quello del Prencipe Doria fuori della porta di S. Tomaso, ch'è molto Signorile, & ornato di belle pitture, & soffitati, sono fatti di pietra in volto tutti dipinti. ha belli giardini, con fontane nel mezo di essi, & appresso la marina v'è vn'altro appartamento di stanze nuoue con fontane fino presso la Ripa del mare, fabricato con gran spesa del Prencipe Doria.

Hanno li Borghi loro, quali domandano ville, doue etiam hanno più belli, & commodi palazzi, che nella Città, nelle quali al tempo dell'estate volontieri si trasferiscono per causa delli giardini, c'hanno in quelli, nelli quali nascono bonorissimo frutti.

Entrate ordinarie nella Città non vi sono, saluo che trenta mila scudi l'anno, quali pagano le cimineie à tanto per fuoco, ch'è come vn censo.

L'Entrate poi ordinarie della Republica di Genoua, sono le Dogane, & Gabelle del Sale, & altre Gabelle, & dritti, & di queste entrate fanno le spese ordinarie al palazzo di Genoua, percioche tutte le Terre di Genoua cauano fra loro le sue spese de' suoi officiali, e guardie secondo l'ordine fatto sopra di ciò anticamente così di tutto il territorio Genouese, come della Corsica, qual è al gouerno dell'officio di S. Giorgio.

Le quali entrate ordinarie nelli presenti tempi possono importare la summa di quattrocento mila scudi l'anno, ma tutte queste entrate sono state assignate, & hipotecate al Monte, qual si chiama S. Giorgio, il quale con molto ordine le gouerna, & le dispensa alli partecipi del monte, hauendo sempre l'occhio, & consideratione di tenere qualche fondo di sostantia per quelli bisogni estraordinarij, che possono accadere alla giornata & questo è vn negotio, qual è gouernato con gran diligenza dalli principali Cittadini della Terra, partecipi di quel monte, il qual hà tanto credito che alli bisogni del palazzo per la conseruatione della Republ. prontamente souuiene, & co'l consiglio, e con le leggi di tutto quello, che può, perche non solamente mira à trouar denari, perche questo lo fa à suo piacere sempre, & senza alcuna fatica, & tanti ne trouaria, quanti ne fusse nè priuati, che sono assai, ma hà l'occhio, & consideratione sempre alla conseruatione del credito con li partecipi del Monte, & la cosa

rum muscatellarum magna est copia tum in ciuitate, tum etiam in vtraque eius ripa, Orientali scil. & Occidentali.

Cum autem vrbs ipsa loco arido ac omnib. fere rebus ad victum necessarijs destituto sita sit, ciues paupertiem semper timentes, gnauiter mercaturę incumbunt, qua ita ditescunt, vt plures quam viginti in ea reperiantur familiæ, quarum quæq; vltra trecenta coronatorum millia possident.

Splendidis est vndiq; ornata Palatijs, quorum pleraq; tres aut quatuor, & quædam quinque habēt contignationes. Templa habet affabre facta. Plateæ maxima ex parte sunt æquales, & durissimis lapidibus, ac minutis silicibus stratæ, ita vt plerunque mundæ sint.

Inter palatia est etiam Principis Doriæ ædificium, extra S. Thomæ portam magnificé extructum, excellentissimis picturis ornatum: Contignationibus insuper laqueatis ex lapidibus, & foris vbique etiam depictis. Habet & hortos amœnos, ac fontes in eorum medio salientes. Versus mare alius quoq; est domorum ordo, cum fontibus, qui vsque ad litus maris protenditur, magno sumptu a Principe Doria ædificatus.

Habent Genuenses sua prædia, quę villas dicūt, vbi splendidiora & commodiora visuntur Palatia, quam in ipsa ciuitate, in quibus plerumque propter hortorum amœnitatem æstate habitant.

Reditus huic ciuitati nulli sunt ordinarij, præter trigesies mille coronatos annuos, quos ex caminis & ignibus cuiusq; domus percipiunt.

Deinde etiam vectigalia & impositiones Salis, ac alia iura in reditibus numerantur, ex quib. ordinarios Curiæ aut Palatij Genuensis sumptus faciunt. Reliquæ enim omnes vrbes quæ ipsorum sunt ditionis, officiales suos proprijs suis sumptibus alunt, secundum veteres hac de re in toto illo Dominio constitutiones. Idem quoque fit in Corsica, cui officium S. Georgij præest.

Assurgunt autem hi reditus quotannis vsq; ad quadringenta coronatorum millia, qui assignantur ac hypothecantur Monti D. Georgij, à quo magna prudentia dispensantur ijs qui in dicto mōnte partem habent, hoc semper obseruato, vt fundus aliquis certus ac firmus supersit, ex quo extraordinarijs necessitatibus quæ ex improuiso occurrere possent, subueniāt. Gubernatur autem hoc negotium magna cum circumspectione & cura à præcipuis ciuib', qui partem in monte habent. Tantum autem hic habet creditum, vt vocant, vt præterquam quod vrgente aliqua necessitate consilio & legibus Reipubl. auxilio est, etiam promptis & paratis pecunijs, quamuis [illegible] gnis succurrere possit: ac tantas ab [illegible] cultate inuenire possunt, vt vel [illegible] ris interuallo aurei millionem

sua è in tanta riputatione, che detto officio tr[illegible] uaria à suo piacere in un' istante un' millione d' oro ogn'hora, che volesse, e con due, ò tre al piu per cento, & questo non si fa saluo con fondamento d'ue si habbia a cauar il denaro da Ponente, il che si fa con due modi, ò col crescere qualchecosa sopra le Dogane, Datij, Dretti, & Sale, ò con mancar qualche portione di Ponente per qualche anno alli partecipi di detto luogo, li quali in questo anno sono contentissimi, etiam che hauessero mancato del consueto, sapendo che questo procede da causa necessaria, & fedelmente consigliata.

Le spese ordinarie della Terra il presente sono di seicento fanti, oltra le spese del palazzo sopradetto, li quali assistono alle porte, & al palazzo. Più vi è la spesa ordinaria di quattro Galere per la custodia della Riuiera di Genoua, & altri luoghi. Oltre che per gli ordini antichi debbono esser venticinque corpi di Galere nell' Arzana per armare alli bisogni.

Sono molti crediti nella somma del debito del detto Monte, quali alla giornata crescono, & moltiplicano à beneficio publico con intento di sminuirli Datij, & Gabelle così della mercantia, come delle altre cose, & questi nascono da i natiui, o legati de' priuati Cittadini, che la[illegible] al detto Magistrato di S. Giorgio.

Questa cosa è gouernata benissimo, & ogni dì meglio, & sono piu di ducento anni, che è cominciata, & questi consigli, & deliberati in torno à questo si fanno dalli Signori officiali di S. Giorgio, & non altramente.

Sono nella città diecimilia huomini di fatti ne valorosi, & armati, perche di questi non è persona, che non resti armata, quando che fusse il bisogno, perche ne usciriano molto più, ma di questi [illegible] conto. Similmente diece delle due Riuiere, & molto più oltre, che sono marinari valenti, & molto acc[illegible]rti.

Numero delle principali Casate di Genoua.

Centurioni, Lomellini, Spinoli, Doria, Pallauicini, Cibo, Giustiniani, Teruari, Sauli, l' Arcate, Marini, Cattanei, Negri, S[illegible] Grilli, Imperiali, Promontori, N[illegible]amar, Pinelli, Caluij, Franchi, Italiani, [illegible]

De' quali si fa[illegible] cento del consiglio, un Duce, otto Procuratori, & otto Gouernatori.

Et que[illegible] occorre di dire al presente intorno alle cose de' Signori Genouesi.

cottogare possint, numeratis saltem duobus, aut tribus ad summum pro centum. Et qu[illegible] illis etiam apud priuatos inueniten[illegible], semper tamen huc oculos intendunt, vt [illegible] suum semper conseruent, cum illis qui part[illegible] monte [illegible] hac saltem haotta cont[illegible] ut minimum pecunia [illegible] deceant. Restituuntur autem duo[illegible] pe au[illegible] augmento portoriorum ac vectigalium & salis pretia, aut etiam diminutione aliqua portionis eorum qui partem in monte habent [illegible] non g[illegible]uantur, sc[illegible]entes hoc vigente necess[illegible] mature simul & fideli fi[illegible] con[illegible]

Sumptus ot[illegible] sunt prae[illegible] Curiae aut palatij expensas stipendia sexcentorum peditum, qui tum portas, [illegible] ipsum pa[illegible]tium custodiunt. [illegible] sunt etiam quatuor triremes quae stipendiis ad custodiam fluuij aut Ripae Genuensis & aliorum locorum sustentantur praeter viginti & quinque [illegible] quae secundum veterum leges & consuetudinem in Nauali ad quamuis necessitatem paratas habere debent.

In praedicti montis [illegible] multa sunt [illegible]ta, quae indies crescunt, ac multiplicantur in publicum beneficium, in hunc finem, vt portoria & vectigalia tam mercium, quam al[illegible]um [illegible]nuantur. Atque haec oriuntur ex donationibus, aut legatis priuatorum ciuium, quae praedicto Magistratui S. Georgij relinquuntur.

Pecuniae hae optimè ducentis ab hinc annis administrantur, neque quisquam nisi S. Georgij [illegible]ciales ad consilia & deliberationes haec ad [illegible] pertinentes [illegible]

Ciuium Gen[illegible] numerantur decem millia armatorum [illegible] qu[illegible] habe[illegible] nemo enim hic est qui non op[illegible] armis sit instructus, & ad aliquam necessitatem paratus: sed [illegible] habent [illegible]o.

[illegible] ambabus [illegible]s numerantur decem millia, & p[illegible] qui omnes optimi nautae ac [illegible]

Numerus & nomina [illegible] familiarum Genuensium.

Sunt ibi Centuriones, Lomellini, Spinolae, Doriae, Pallauicini, Cibo, Iustiniani, Teruari, S[illegible], Arcatii, Matini, Cattane[illegible] Nigri, Siluij [illegible] Imperiales, Promontorij, Nigron[illegible] [illegible] [illegible]nelli, Calui, Franc[illegible], Itabom, & Frel[illegible]

E quibus quadringenti eliguntur c[illegible], Dux vnus, octo Procuratores, & octo Gubernatores

Atque haec sunt quae hac vice de Genuensi Dominatu & gubernatione [illegible]cenda occurrebant.

[EL

DELLA CONTROVERSIA CHANNO LE TERRE HANSEATICHE CON LA REGINA D'INGHILTERRA.

DE CONTROVERSIA INTER CIVITATES HANSEATICAS ET ANGLIÆ Reginam.

SI vede quanto è grande la Lega Hanseatica & quanto sieno stimabili le sue forze; tut-tauia credo, che sieno molti in Italia, anco di quelli, che fanno professione di saper molto, li quali non habbino mai udito il suo nome, è pure ella è così vicina, & in paese, oue molti praticano, considerisi quante cose ci deuono esser occulte delle più lontane, & meno importante, & quanto conuenga leggere, & inuestigare à chi desidera sapere, come sia il modo, laquale io stimo, che cauatane la cognitione delle cose sacre sia la più utile, & più dilettevole scienza, che possa dar ornamento ad un Gentil'huomo, perche con questa si reggono tutti gli studii della pace, e della guerra.

Li Priuilegi, che dissi essere stati concessi da Henrico III. Re d'Inghilterra alla Lega Hanseatica furono confirmati, & amplificati dapoi da tredici Re, che li succedettero, conoscendo tutti quanto importasse loro tenersi la Lega amica, e che da quella deriuauano le principali rendite della sua Corona, come stà chiaramente testificato in alcuni di quei priuilegi.

E però vero, che oltre la gabella d'uno per cento ottennero alcuna volta gli Hanseatici in qualche poco d'accrescimento, e di grauezza di più. Ma dapoi che cadde il Regno nella Regina Maria, sorella di sangue, ma non di fede, o di costumi di questa che hoggidì regna, & ch'ella hebbe per marito il Re Filippo di Spagna di sempre gloriosa memoria, non so per cui consiglio, ma senza cercare consenso altrui, & senza altra communicatione inalzata in un subito la gabella a gli Hanseatici dall'uno sino a venti per cen-

QVanta sit Liga aut confœderatio Hanseatica, quantæque eius vires, satis apparet: Indubium tamen est, multos in Italia esse, etiam ex illis qui multam rerum profitentur scientiam, quibus ne nomen quidem eius sit cognitum, quamuis tam sit vicina & in loco in quo tam crebra sunt commercia. Vnde cogitari potest quanta etiam remotiorum & leuiorum debeat esse ignorantia, quantumq; legere ac inuestigare conueniat illum qui rerum mundanarum cognitionem desiderat. Quod ego solis exceptis sacris, præcipuum ac iucundissimũ studium, summumque hominis nobilis ac politici in primis ornamentum puto: vtpote qua omnia belli pacisque continentur ac reguntur negotia.

Prima autem priuilegia ab Henrico III. Angliæ Rege Hanseatico fœderi concessa, à tredecim regibus eius successoribus postea confirmata fuerunt omnibus perpendentibus quanti momenti ipsis esset si Ligam hanc amicam haberent, tanquam a qua præcipui Coronæ suæ prouentent reditus, quemadmodum vel ipsi in quodam priuilegio testantur.

Vt autem ad rem veniamus: Consenserunt quidem aliquando Hanseatici in aliqua præter centesimæ vectigal, minora onera, aut portoriorum incrementa. Posteaquã autem Regnum Maria, eius quæ nunc regnat sanguine quidem, sed non fide & pietate soror, Regis Hispaniæ Philippi gloriosę semper memoriæ vxor, adepta est, nescio quo consilio, absque vllo aliorum consensu aut communicatione, vectigal illud centesimæ vsque ad quintum auctum sit [illegible]

to, il che si può ben credere quanto paruè strano, massime in tempo, che quasi tutto 'l traffico loro consisteua in Londra, poiche l' altre piazze principali del loro commercio erano ò del tutto abbandonato, ò rese meno frequenti. Nouogardia s' era tralasciata del tutto molti anni prima per la tirannide del Moscouito, il quale sdegnato, ch' vn suo subdito, ch' era Parecio in Renalia fosse stato abbrucciato per hauersi carnalmente, o bestialmente mescolato con vna Vacca, e recandosilo ad affronto proprio, & à disperglo della sua natione, imprigiono per vendetta. o per colera tutti gli Hanseatici, che resideuano in Nouogardia, facendone tagliare à pezzi la maggior parte, & arrestandolo insieme le loro mercantie. Et se bene alcuni me si dapoi pentito dell' errore, & accorto del danno, che riceueriano gli suoi Stati col desuiamento di quel commercio liberò li prigioni, & restitui le robbe, non volsero però essi stare più à la instruttione di Prencipe cosi Barbaro, & leuarono quella prattica del tutto, la quale, quando vi fù posta Nouogardia era Citta libera, & si gouernaua in forma di Republica, che poi andò in soggettione del Moscouito. Poco anco si trafficaua più in Berga di Noruegia, dapoi, che il Rè di Danimarca, nello stretto del Sund (che stà sotto il Promontorio Cimbrico tante volte nominato tra Elsenor, & Elsemburg haueua con vna nuoua & sofistica interpretatione accresciuto di molti doppi il Datio, il quale prima era d' vna rosa nobile, che importa intorno à quattro Ducati per Vela, & Vela s' intendeua la Naue, ma il Rè di Dania ordinò, che tanto rose nobile si riscuotessero, quanto erano le Vele in Ciascuna Naue, & poi separatamente, anco per le mercantie, con che restauano troppo aggrauati gli Hanseatici, non potendo far di meno le naui, che vengono da Liuonia, di Prussia, e di Vandalia, che sono propriamente le Osterlinghe situate dentro del Promontorio Cimbrico di non passare per lo stretto sopranominato del Sund, dal quale hà cauato il Rè di Dania gli anni adietro in quel gran concorso di grani infinito tesoro, & caua d' ordinario molto più, che di tutti li Regni, e gli Stati suoi. Il terzo mercato d' Anuersa, oue egli era stato trasferito di Burges l' anno 1566. era medesimamente in gran parte impedito per le guerre di Fiandra, onde la somma del traffico s' era accumulato verso Londra, e però sentì la Regina Maria à conoscere più facilmente quanto grande vtilità le apportarebbe quell' accrescimento.

Alla prima mentione del quale mandarono gli Hanseatici suoi ambasc. lamentandosi dell' innouatione, & supplicando d' esser mantenuti nel

rum & inexspectatum Hanseaticis acciderit, quilibet facile cogitare potest: eo præcipue tempore quo omnia ipsorum commercia Londinum delata essent, aliis eorum locis aut prorsus relictis, aut minus frequentatis. Nouogardia enim iam per aliquot annos relicta erat propter Moscouitæ tyrannidem, qui indignatus, ac ad propriam referens contumeliam, quod ex eius subditis quidam qui horrendo cum vacca coitu se polluerat, ad ignem condemnatus esset, in vindictam omnes Hanseaticos ibi repertos cœpit ac plerosque occidit, & merces eorum arrestauit. Et quamuis postea errorem admissum, ac inde suis ditionibus prouenient damnum sentiens, captiuos in libertatem, & merces restituisset, noluerunt tamen ipsi tam Barbari ac crudelis Principis fidei se committere, sed totum illud commercium reliquerunt. Erat autem Nouogardia, cum primum eo commearent ciuitas libera, quæ ad Reipublicæ formam gubernabatur, sed postea à Moscouita subacta ac in suam potestatem redacta fuit. In Berga etiam Noruegiæ ciuitate commercia ipsorum comminuta sunt, postquã Daniæ Rex in freto Cimbrico, quod ipsi Sund vocant ac inter Elsenoram & Elsenburgum, noua quadam ac sophistica interpretatione portorium valde auxit. Pro vnica enim Rosa nobili, moneta aurea, quæ quatuor æstimatur ducatis argenteis, quæ pro velo pendebatur (veli autem vocabulo nauis intelligebatur) tot tales monetas exegit quot in naue essent vela, ac postea quoque de mercibus seorsim erat soluendum vectigal: vnde nimis grauati Hanseatici ab eo commercio destiterunt. Nec minus facere potuerunt naues, quæ e Liuonia, Borussia & Vandalia veniunt, quæ propriè Osterlinghæ sunt intra Promontorium Cimbricum sitæ, quin vt fretum illud vitarent, neque amplius illac vela facerent. Ex eo autem Portorio Daniæ Rex præteritis annis in magno illo frumentorum commercio immensos percepit thesauros, qui nunc admodum & in hodiernum vsque diem prouentus hinc maiores sunt, quam reliqui ex toto regno prouentus. Tertius autem eorum Mercatus, Antuerpia nimirum, quo Burgensia transtulerunt negotia anno 1566. maxima ex parte impediebatur bellis & motibus Belgicis, vnde maximus eorum neruus Londinum in Angliam conuersus est. Atque hinc animaduertit Regina Maria, quantum sibi ex eo incremento aut vectigalis augmento, lucri accederet.

Ad primum autem eius nuntium, legatos suos ad eam miserunt Hanseatici, qui de hac nouatione conquererentur, peterentque vt in veteribus relinquerentur conuentionibus, quibus & ipsa

Regina

loro antico accordo, quale dalla Regina medeſima nel principio del ſuo gouerno era ſtato confermato ad eſſempio de ſuoi precesſori. Il Rè Filippo, ch' era in quel tempo in Inghilterra s' offerſe mediatore del negotio, & pareua, che foſſo per accommodarlo con qualche temperamento, è che il ſalto ſubitaneo dall' uno alli venti per cento foſſe ſtato fatto con arte, affine di mettere poi in conto di beneficio la diminutione, che ſe ne poteua fare ſin' alli ſette ò otto, ma prima, che ſi concludeſſe paſsò la Regina Maria à miglior vita, & il Rè ſe ne tornò in Iſpagna, onde le coſe reſtarono nell' alteratione, & confuſione cominciata.

Alla preſente Regina ſupplicarono gli Hanſeatici toſto, ch' ella fu poſta in ſedia della confirmatione de' ſui priuilegii, dalla quale furono da principio trattenuti con belle parole, & vane ſperanze, perche intanto eſſendo reſameno frequente la nauigatione de gli Hanſeatici, s' andò trouando per le lane, che ſono la principal mercantia d' Inghilterra, altro compenſo con molto maggior vtilità della Corona, e de' ſuoi popoli. Perche a' due Collegii di mercanti l' vno chiamato di Stapulari, l' altro d' Auenturarii ſi commiſe il negotio in modo che per mano delli primi paſſauano tutte le lane, & delli ſecondi tutti li panni, non ſenza ſoſpetto di Monopolio, & che l' intereſſe principale foſſe della Regina. Quei collegii, ò compagnie di Mercanti credo però, che foſſero inſtituiti molto prima, ne hò trouato l' origine, nè la cauſa di quei nomi, ma vado penſando, che li ſtapularii, ſi chiamaſſero così dallo ſtare fermi nel Regno, & gli Auenturarii dall' andare cercando fuori la ventura, ſia come ſi voglia mentre gli Hanſeatici ſtauano con ſperanza di venire à capo delle loro pretenſioni, e credeuanno di ruinare l' Inghilterra col non frequentare quella nauigatione, diedero occaſione à maggior induſtria, e maggior accreſcimento di ricchezze nel Regno, perche cominciarono li medeſimi Ingleſi à deſtrarſi piu alla marinarezza, nella quale ſono poi riuſciti ſuperiori à gli Hanſeatici, e a tutte l' altre nationi del mondo, tanto per la qualità de' vaſſalli, quanto per l' eſperienza de' marinari, & per l' ardire de' Capitani, onde hauemo ſentiti nominare in queſti vltimi tempi il Drago famoſiſſimo Archipirata, & Riccardo Campouerde ſuo nipote a' quali ha baſtato l' animo di ſcorrere, & depredare più d' vna volta l' Indie Orientali, & Occidentali, & di circondare anco il mondo, come con vna cintura ſi cinge vn' huomo.

E ſe ben poco dapoi per le lamentationi de

Regina in Regni ſui ingreſſu ſubſcripſiſſet, ad anteceſſorum ſuorum imitationem. Et Rex quidem Philippus, offerebat ſe in hoc negotio mediatorem, videbaturque [illegible] id aliquo temperamento compoſiturus, ac putabatur ſubitaneus ille ab vno ad viginti ſaltus, arte inuentus, vt ſuccedens diminutio haberetur pro beneficio, ac vt tanto faciliu[illegible], ad ſeptem aut octo pro centum conſentire[illegible]t, ſed antequam quicquam efficeretur obiit Regina, & re infecta Philippus in Hiſpaniam rediit. Manſititaque negotium eo in ſtatu a[illegible] confuſione.

Quamprimum autem præſens Regina in Regium thronum coll[illegible]ata fuit, adſunt rurſus Hanſeatici, priuilegiorum ſuorum confirmationem petentes. Sed ſpecioſis aliquandiu lactati verbis, promiſſis & ſpe vana. Interea vero diminutis & minus frequentibus illorum nauigationibus, aliud inuentum eſt quoad lanam, quæ præcipua eius regni merx eſt compendium, & coronæ & ſubditis eius longe vtilius. Duobus enim mercatorum collegiis, quorum alterum ſtapulariorum, alterum vero Venturariorum dicebatur, commiſſum eſt negotium, vt illi lanas omnes, hi vero pannos diſtraherent, non abſque monopolii ſuſpicione, cuius præcipuum lucrum ad Reginam perueniret. Puto autem ea mercatorum collegia iam dudum [illegible] inſtituta, non tamen eorum indagare hac[illegible] [illegible] originem, neque cauſam aut ratio[illegible] illorum nominum: verum coniecturam tantum facio, ſtapularios dictos, quod in Regno perpetuo maneat, ac omnes merces recipiant, quod Staepel Belgæ vocant, à quibus nomen mutuati videntur. Venturarii autem dicuntur ideo quod foras profecti auenturas (Gallicum eſt vocabulum) hoc eſt fortunas ſuas quærant. Vt vt autem ſit, dum Hanſeatici ſperant ſe ad finem ſuæ prætenſionis breui peruenturos, ac magno Angliam damno affecturos ſi illam intermittant nauigationem, maiorem in eo regno excitarunt induſtriam, vnde & maius tam commerciorum quam diuitiarum in eo cœpit incrementum. Nam ab eo tempore Angli maiori diligentia & cura in res maritimas ac nauales incubuerunt, atque adeo vt v[illegible] ipſis Hanſeaticis ac aliis nationibus ea in re hodie præferantur, tam nauium commoditate quam nautarum experientia & Capitaneorum animoſitate. Hinc Draconis celeberrimi nauarchæ & Richardi Campiuiridis eius nepotis noſtra ætate audiuimus nomina, qui aliquoties vſque ad Indias O[illegible]ientales excurrere auſi, totum mundum tanquam cingulo circumdederunt.

Hanseatici furono gl' Inglesi l' anno 1568. cacciati fuor della Fiandra, cioè, dalla parte, oue dominaua il Re di Spagna, nondimeno s' industriarono d' annidarsi in altre parti sempre con auantaggio della loro negotiatione, la quale (oltre, che gli rimase sempre libera in Francia, in Olandia, & in Zelandia) instituirono anco in Embden Città opportuniss. nella Frisia Orientale con porto sicuro, & capace, nel quale sbocca il fiume Ecms, oue apportarono à quei Cittadini si fatte commodità, & ricchezze, che quelli d' Hamburg, c' haueuano ricusato di ritenerli nella sua Città, se ben ella èra le principali dell' Hansa, nondimeno comincia orono a desiderarli, e gli diedero luogo di residenza, dal quale poi si sparsero in diuerse parti della Sassonia, & indi in Prussia, hauendo ottenuto residenza in Elbinga. Et tutti questi erano degli Annenturarii, ò Venturieri, & viueuano con le medesime regole mercantili, ma non arriuarono li Venturieri solamente alla Prussia, che col desiderio di reportare ricchezze anco da le più lontane parti, si distesero più oltre, alzandosi verso il Polo sopra la Noruegia, e trapassando quella la Lapponia, doue trouando Coh Città de' Lapponi arriuarono al mare Bianco, al porto di San Nicolò, oue sta la Città di San Michele, da altri chiamata la Città d' Arcangelo, & altre Terre soggetti all' Imperio Moscouitico, alle quali col beneficio de' [illegible] reali Onega, Ruina, & Pinego, & [illegible] nori, che tutti si scaricano in quel seno [illegible] orreno già in parte le mercantie, ch' altre volte soleuano far famoso il mercato della gran Nouogardia, onde ne riportano gl' Inglesi emolumenti notabili. Et già s' è commciato vedere a Venetia ciascun anno almeno vna naue da quelle parti, che vi porta pelli fine, cuori di buoi, seui, pesci salati, mele, cera, & altre merci di molta valuta. Non s' intende però, che il traffico sia fatto per ancora così grande, che metta conto il mandarui molte naui, ouero forse non si fidano gl' Inglesi d' interessarsi con capitale più importante con la barbarie Moscouitica, ouero per auuentura il freddo grande, che vi si pati[illegible]e, per che arriuano sopra gli sessanta gradi verso la Tramontana) non permette che vi si attenda più che tanto.

Hanno però gl' Inglesi con quella nauigatione dato gran danno, & forse anco gelosia al Re di Danimarca, a cui è sottoposta la Noruegia, onde ha pensato più volte allo impedimento ma non ha trouata la strada, ne per via di negocio, ne per via di forza, hauendo già gl' Inglesi acquistato troppo credito, essendouisi radicati, homai per più spatio di quaranta anni.

Ma quel viaggio è stato causa di eccitare in al-

Et quamuis paulo post anno videlicet millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, pptet Hanseaticorum querelas, Angli, Belgio, ea nimirũ parte q̃ Hispaniæ Regi suberat, prohibiti, in aliis tamen locis magna industia nidulati conati sunt, ac semper cum suæ negotiationis cõmodo quam etiam (prætetquam quod semper ipsis in Holandia, Zelandia, & in Francia libera mansit,) Embdam Frisiæ Orientalis ciuitatem opportunissimam, portu securo & capace in quem Amisia fluuius se exonerat, vsque extenderunt, tanto ciuium eius fructu & emolumento, vt Hamburgenses ex Hanseaticis non postremi, qui antea eos apud se retinere noluerant, eos vltro inuitarint, dato etiam residentiæ loco, ex quo se deinde in diuersas sparserunt Saxoniæ regiones; ac inde in Borussiam, vbi etiam in Elbingensi ciuitate residentiam habent. Atque hi omnes Venturarii erant, qui hæc exercebant commercia; nec in Borussiam saltem diuitiarum longinquo colligendarum desiderio penetrarunt, sed & longius progressi versus Arcticum polum, prætetnauigata Noruegia, Finmarchia, Thiarmia & Laponia, vsque ad Mare Album & portum S. Nicolai, vbi S. Michaelis est Ciuitas, quam Archangeli vocant, aliasque Moscouitico Imperio subiectas regiones peruenerunt; ad quas magnorum fluuiorum Onegæ, Ruinæ, Pinegæ, & minorum quorundam beneficio, qui omnes in eum se exonerant sinum, deuoluta sunt ea commercia, quibus magna illa Nouogardia quondam celebris erat, magno cum Anglorum lucro. Et iam Venetiis etiam ad minimum vna quotannis visitur nauis, quæ ex illis regionibus adfert pelles pretiosas, boum coria, seuum, salsamenta, mel, ceram, ac alias eiusmodi merces. Non tamen ita auctum esse illud commercium putandum est, vt multis ad id opus sit nauibus, nec forte maioribus se audent Angli cum Moscouitica barbarie miscere contractibus, aut fortassis propter ingentia quæ ibi perferenda essent frigora (vtpote vltra sexaginta gradus versus septentrionem progressi) non diutius ibi hætere audent.

Magno interim damno, (aut forte Zelotypia quadam) Angli Daniæ Regem, cui Noruegia subest, affecerunt: vnde aliquoties eos impedire tentauit, sed neque dehortationibus, neque vi etiam quicquam profecit, nimis enim eorum ibi creuit potentia, & iam vsque ad quadragesimum annum ita confirmati sunt, vt nulla spes sit eos impediri posse.

Excitauit tamen hæc Anglorum nauigatio al[illegible] al[illegible]is

tri uno pensiero di più ardita impresa, cioè, di potere passare per quella via tutto il Mare Tartarico, con arriuare allo stretto d' Anian, che stà tra l' America, & il Cattaio, affine di penetrare con più breue camino alli ricchissimi mercati dell' India, & perturbare tutte le facende de' Spagnuoli, al quale fine fecero gli Hollandesi quattro anni sono un conato memorabile, nauigando oltre la nuoua Zembla fino ad vn' Isola, che chiamarono VVaygath, con parola Illirica, ò Rutenica propria di quel paese, che significhi luogo Vadasile, oue nella terra verso la Tramontana, che staua fino alli sessanta sei gradi, & mezo, non ritrouarono vestigio d huomini, ma in un luogo raccolta grande di Legnami alla riua d' vn fiume, che pareuano tagliati per fabricare qualche armata, ma vinti dal gran freddo, essendo restata la naue, che arriuò tanto oltre circondata dà ghiacci dieci mesi interi, & altre due Conserue diuise in diuerse parti senza sapersene nuoua, si risolsero gli huomini di ritornare al meglio, che poteuano verso la Patria, come fecero superando difficoltà inestimabili, & incredibili, le quali se bene pare, che à loro non habbino troncata affatto la speranza, & che sieno per tentar di nuouo quel passaggio, credo però che à Spagnuoli habbino leuata la paura di poter da quella parte riceuere trauaglio alcuno.

Hor tornando al nostro proposito mentre gl' Inglesi attendeuano à fatti loro, & à dilatare il commercio per le parti vicine, & lontane accorgendosi gli Hanseatici, che in tanto essi veniuano à perdere da tutte le parti, & che seco si procedeua con artificio dannoso, lasciarono di negociare più con la Regina per la confirmatione di priuilegy, & si voltarono verso l' Imp. ad agitare di giustitia, accio essendo eglino membri dell' Imperio non si tolerasse vn tanto pregiuditio, pretendendo, che la Regina fossi tenuta ad osseruare quel che gli suoi maggiori haueuano conceduto non di pura gratia, ma in compensa de' seruitij riceuuti, & de' danari dentti, poiche tra gli quattordici Rè, c' haueuano confirmati quei priuilegij era stato Edoardo IV. col quale haueuano gli Hanseatici hauuta lũga guerra, & in fine intorno all' anno 1460. era fatta la pace in Mastrich, oue il Rè s' era confessato debitore à gli Hanseatici di duecento lire di Sterlinghi, la qual somma fu da loro condonata al Rè con patto, che per sè, & per gli successori suoi promettesse di mantenergli li suddetti priuilegy, la quale cõuentione fu anco approuata in Londra nel parlamẽto di tutti gli Stati, & poi cõ la medesima conditione, che era in forma di cõtratto fu confirmata da Riccardo III. da Henrico VII. Henrico VIII. & dalla medesima Regina Maria che di mano in mano successero ad Edoardo IV. Il che faceua la pretensione tanto più honesta, & giusta.

alijs audacioris cœpti desiderium, nimirum, vt enauigato toto illo Mari Tartarico, ac freto Aniani, quod inter Americam & Cataium est penetrato, breuiore itinere ad ditissimos Indiæ mercatus peruenirent, & omnem ibi Hispanorum negotiationem interturbarent. Quod etiam ante quatuor annos memorabili conatu tentarunt Hollandi, qui Nouam Zemblam præteruecti, ad insulam Waygats, Illyrico aut Ruthenico vocabulo, quod vadabilem significat, peruenerunt. Vbi in continente ad sexaginta gradus cum dimidio versus Septentrionem, nulla hominum inuenerunt vestigia, sed saltem in loco quodam in cuiusdam fluuij ripa, magnam lignorum struem, quasi ad classem fabricãdam paratam. Sed nimio territi frigore, quod per decem menses continuos varia fortuna tulerunt, relicta naui congelata, duabus scaphis incredibilibus superatis difficultatibus, in patriam tandem redierũt. Quo quamuis non deferbuerit ille calor, neque sublata ipsis omnis spes sit propositum illud perficiendi, neque dubium quin de nouo tentaturi id sint: non tamẽ puto Hispanos vsque adeo timere, ne ab illa parte aliquid detrimenti patiantur.

Vt autem ad nostrum redeamus propositum: dum Angli ita suarum rerum satagunt, & commercia sua tam in remotis quam in vicinis locis dilatant; Hanseatici videntes sua vbiq; imminui, ac fraudulenter cum ipsis agi, de priuilegiorum confirmatione cũm Regina agere destiterunt: ac ad Imperatorem conuersi iure agere cœperunt, petentes vt tanquam imperij membra in tanta iniuria defenderentur, teneri Reginam ea seruare, quę eius prædecessores concessissent, non ex mera gratia, sed in compensationem seruitiorum præstitorum, & pecuniarũ mutuò datarum. Nam inter quatuordecim illos Reges, qui ea confirmarunt priuilegia, fuisse Eduardum IV. cum quo Hanseatici diuturnum gesserunt bellum: ac tandem anno 1460 pace Vltraiecti facta, ac Rege se Hanseaticis ducẽtas libras Sterlingas debere fasso: summam tam ipsi remiserunt ea conditione & pacto, vt pro se ac suis successoribus promitteret, eorum priuilegiorum ratam conseruationem. Quę conuentio postea Londini, in omnium Regni statuum conuentu, quem Parlamentum vocant, confirmata fuit. Postea vero eadem conditione, ac in contractus forma a Richardo III. Henrico VII. & ab ipsa Regina Maria, Eduardi IV. successoribus ratificata fuit, quod etiam petitionem tantò honestiorem & iustiorem faciebat.

Atque hoc modo causa hæc agitari cœpta est. Ac Imperator primum amicis & benignis admonitionibus cum Regina egit, intercedens ac monens, ne Hanseaticis id denegaret, quo ... nto

Così dunque s'attaccò il contrasto, & li primi officii dell' Imperatore furono verso la Regina d' essortatione, & amoreuole instanza, che non denegasse à gli Hanseatici quello, che loro veniua di giustitia, à che la Regina rispose vna, & piu volte cortesemente, & con belle parole, scusandosi, che ella non faceua à gli Hanseatici torto veruno, nè innouaua con essi loro alcuna cosa, ma gli lasciaua nello Stato, nel quale li haueua trouati, & nel quale erano stati posti dalla Regina Maria sua sorella come s' è detto di sopra fino dall' anno 1558. Ma continuando ogni dì più le lamentationi della Lega, & sentendosene querele per tutto l' Imperio, la Regina reputandosi offesa di questo, & dell' essere stata denegata da gli Hamburgengensi la prorogatione della residenza de' suoi, in luogo di solleuargli publicò vn nuouo decreto l' an. 1578. per vigor del quale dichiarò, che gli mercanti d' essa Lega si tenessero eguali in tutto à gli altri forestieri senza più memoria di priuilegii, ò d' essentioni, che tutti si riuocarono. & da poi anco con nuoui decreti prohibì à tutti gli forestieri, co' quali andauano inclusi gli Hanseatici il traffico delle Lane nel suo regno, con che s' accrebbero ad essi fuor d' ogni misura gli aggrauii, ne poteuano accordarsi alla procuratione di qualche gagliardo rimedio, perche gia molte Città della Lega sedotte con esca di grossi auanzi, à che s' era dalla Regina atteso con grand' artificio, fauoriuano quella parte, onde le veniuano gli emolumenti certi & la Regina consscia della disunione da lei studiosamente procurata procedeua nella causa sempre più insolentemente e massime doppo che si strinse cō gli Hollandesi, & Zelandesi, & ridusse ne suoi proprii stati le cose maritime à maggior potenza, & riputatione. Tirarono all' incontro li Collegati alla difesa delle pretēsioni loro in questo tempo il Re Catolico, monstrando à Sua Maestà, che per questa via la Regina cauaua il polso, ò il neruo, col quale metteua poi sottosopra il mondo, fomentando i ribelli di Fiandra, assaltando la Spagna, & corseggiando fino nelle Indie, & facendo argumēto dell' vtile, che le poteua deriuare, da quello, che ne' medesimi priuilegii de' Re passati si diceua, che negli emolumenti, che si riceuauano da gl' Hanseatici consisteua la principale rendita della Corona, & questo in tempo, che non si pagaua le gabelle se non ad vno per cento, che doueua dunque esser dapoi, che quell vno per cento crandotto à venti.

Et doppo che il traffico, che soleua diuidersi nelle quattro Piazze narrate di sopra, Nouogardia, Berga, Bruges, & Londra, s' era quasi tutto voltato à Londra sola per le cause accennate. Che il poco conto, che teneua la Regina d' accommodare il negocio, sapendo di poterlo fare a suo gran vantaggio, riducendo la gabella, a sette otto, & forse,

ipsis debebatur iure. Cui Regina aliquoties valde humaniter respondit, excusans se, quod nulla Hanseaticos affecisset iniuria, neque quicquam cum ipsis innouasset, sed in eo statu reliquisset in quo eos inuenisset, ac reliquisset eius soror Maria (vt superius diximus) ab anno 1558. Auctis autem indies Hanseaticorum querimoniis, ita vt per totum ea audirentur Imperium; Regina iis se offensam reputās, propter denegatam suis Hamburgi residentiæ prorogationem, subleuationis loco nouum anno 1578. publicat decretum, quo declarabat confœderationis illius mercatores eodem modo & loco cum omnibus aliis peregrinis habendos, abrogata omni priuilegiorum & exemptionum memoria: Et postea nouis decretis omnibus peregrinis, quibus etiam Hanseatici comprehensi erant, lanæ commercio in suo regno interdixit; quibus illi vltra modum grauati, non poterant inter se conuenire de insigni aliquo adhibendo remedio. Multæ enim huius Ligæ ciuitates, magnis emolumentis inescatæ (quod etiam Regina magno artificio procurauerat) in eam inclinabant partem, vnde certa sua sperabant commoda. Vnde Regina discrepantiam hanc præsentiscens, indies insolentius in ea causa procedebat: & maxime postquam sibi Hollandos & Zelandos fœdere iunxit, atque in propria quoque sua ditione rem naualem potentiorem & celebriorem vidit.

Collegiati ab altera parte ad sui, suarumque prætensionum defensionem Regem Catholicum attraxerunt, monita eius Maiestate, Reginam hoc modo pulsum & neruum sibi parare, quo postea totum hunc mundum turbare, atque omnia in eo inuertere posset, rebelles in Belgio foueret, Hispaniam tentaret, & vsque in Indiam Piraticam exerceret: Lucri & vtilitatis quæ ad eam perueniebat argumento sumpto, ex eo quod in præteritorum Regum priuilegiis dicebatur, nimirum quod præcipui Coronæ reditus consistant in emolumentis, quæ ab Hanseaticis percipiantur: Quod si ita fuisset, cum centesimam saltem penderent, quid nunc sentiendum sit, cum quinta (aut viginti pro centum) exigātur: Quid autem ad eam sit peruenturū, posteaq̄ negotiatio antea in quatuor loca (vt supra diximus) diuisa, Nouogardiā scilicet, Bergam, Brugas & Londinum, nunc omnis Londinum deriuatur. Item quod Reginæ in conciliando hoc negotio remissio, cum tamen maximo suo commodo id facile posset facere, vectigali ad septem aut octo, aut forte etiam ad decem pro centum reducto; cogitandi sufficientem præbeat occasionem vtilius ipsi esse, si ita in medio quod relinquat. Item Regem ad Ligæ defensionem esse obligatum quia multæ ipsius ciuitates in ea comprehenderentur

dieci per cẽto, daua da pensare, che più vtile le tornasse il tenerle così in pendẽte. Che il Re era tenuto à proteggere la Lega, poiche molte delle sue Città si comprẽdeuano in essa. Che col necessitare la Regina all' accordo giusto se le torria parte di quel danaro, che ella abusaua à trauagliare i Prencipi Christiani, è corrompendola seco affatto si verria à priuarla di molte cose necessarie per le sue armate, & per altri bisogni domestici, per che l' Inghilterra manca di Pece, di Canape per le Funi, & per le Vele, di Lino, d' Acciaio, d' Arbori da Naue, di Cera, & di legnami da Fabriche, ne altronde si caua se nõ col beneficio della Vistola per lo Mare Settentrionale con à iuto della medesima Lega. Che oltre di ciò non accettando la Regina honeste conditioni, & rompendosi seco affatto gli Osterlinghi, (che così si chiamano anco io tal volta gli compagni de questa Lega) drizzariano tutte le nauigationi loro verso la Spagna per la parte del Norte, e della Tramontana, senza mettersi nel Canale d' Inghilterra, oue sono costretti di pagare grosse datie, & bene spesse impediti de' loro viaggi, ma lasciando l' Isola à mano sinistra, & circondando l' Orcadi si condurriano in Ispagna, come gia s' era cominciato ad vsare, se ben con più lungo giro però con più frutto.

Il Rè parte mosso dalle sudette ragioni, & parte giudicando suo seruitio d' obligarsi gente così numerosa, & così potente su' l mare, abbracciò la difesa della Lega, & congiunse l' auttorità sua presso à Cesare perche si venisse homai à fine del negocio, & è che onde, che il Re asperasse à farsi creare Protettore della lega in luogo del Gran Maestro di Prussia, come Signore della Fiandra, & per membro dell Imperio, il che poteua in molte maniere tornar in conto de' fatti suoi sì per domare le ribelli della Fiandra, come anco per vendicare l' ingiurie della Regina d' Inghilterra. Anzi io mi sono più volte marauigliato, che quando sua Maestà Catolica risolse d' assaltare l' Inghil. l' anno 1588. con tante forze non interessasse più viuamente in quell' impresa gli Hanseatici, con l' aiuto de' quali parte per la potenza grande c' hanno in mare, parte per la vicinanza, era facile l' inghiottire quell' Isola, sì come non saria perauentura stato difficile il persuadere coloro, poiche in quel tempo stauano appunto alteratissimi contro la Regina, ma credo, che li Spagnuoli si promettessero troppo delle loro proprie forze, che poi restarono per qualche occulto giuditio di Dio confuse.

Hora hauendo gli Osterlinghi congiunta alle pretensioni loro l' autorità del Rè di Spagna, cominciarono riscaldare maggiormente il negocio presso all' Imperatore, & si come per auãti haueuano esposti à sua Maestà Cesarea le sui aggraui in Corte, nel quale tẽpo erano anc. stati cõmunicati

Item, si Regina ad iustum consensum cogeretur: aliqua ei pecuniarum pars tolleretur, quibus ad affligendos principes Christianos abutitur. Aut si ad suas velit Rex transire partes, vt prorsus intermittatur illa nauigatio, Reginam multis rebus necessariis, tam ad classes, quam ad res domesticas, destituendam. Caret enim Anglia pice, Canabe ad faciendos funes nauticas & vela conficienda, caret lino, caret chalybe, caret malis nauticis, cera, & lignis ad omnis generis fabricas & ædificia, nec aliunde ea habere potest, quam Vistulæ beneficio, & Ligæ auxilio, per mare Septentrionale. Item, quod si iustas Regina recuset conditiones, ac Osterlingos (ita nominant huius fœderis socios) manifestè à se alienet, directuros se nauigationes suas in Hispaniam per latus Septentrionale, neq; ingressuros Angliæ canalem, in quo tam grauia cogantur soluere vectigalia, ac sæpenumero in proposito itinere impediantur: sed recta in dextro latere Anglia, ac Orcadibus circũnauigatis in Hispaniam vela facturos, quemadmodum iam cœperint, quamuis aliquanto longiore, attamen vtiliore itinere.

Rex itaque partim his motus rationibus, partim etiam sentiens commodum sibi futurum, si gentem tam populosam & tam in Mari potentem sibi adsciisceret, defensionem fœderis suscepit, ac pro sua autoritate apud Imperatorem intercessit, vt tandem aliquid in hac causa aut negotio cõcluderetur. & putatur rex petiisse vt ipse Magni Borussiæ Magistri loco crearetur protector fœderis, vt qui Belgii Dominus, & Imperii membrum sit. Quod ipsius rebus valde poterat esse accommodum, ac maximi ad Belgas rebelles domandos, ac insuper ad vindicandas ab Angliæ Regina sibi illatas iniurias, momenti. Imo sæpius miratus sum, quod cum Rex Catholicus anno 1588. Angliam tanto apparatu tantisque viribus inuadere statuerit, Hanseaticos non assumpserit, quorum auxilio, partim propter magnam quam in mari habent potentiam, partim propter vicinitatem, facile erat totam eam deglutire insulam: neque puto magno opus fuisse ad persuadendos labore, cum eo tempore in Reginam iratissimi & commotissimi essent. Sed factum id puto, eo quod Hispani nimium sibi de suis promitterent viribus, quæ postea occulto aliquo Dei Iudicio confusæ & dissipatæ fuerunt.

Osterlingi ad suas partes adducto Hispaniæ Rege, atque ipsius autoritate cum suis prætensionibus coniuncta, apud Imperatorem instantius vrgere incipiunt negotium. Et quemadmodum inter sua grauamina in Aula Imperatoris proposuerant, vbi etiam Principum Electorum Commissariis tanquam vniuersum Imperium

co di progenitori haueua relatione ad ascendenti più lontani, secondo lo stile di quelle Cancellarie, il che non ardiret io però di confermare, che così sia, come mi resta qualche dubbio intorno al medesimo priuilegio di Henrico III. dell' anno 1206. perche si dice, che quando la Lega fu ordinata, ella volendo essere membro dell' Imperio, s' elesse per Protettore vn Principe d' esso Imperio, che fu il gran Maestro di Prussia, dell' Ordine Teutonico, ma si sà, che l' Ordine Teutonico in quel tempo non solo non haueua acquistata la Prussia, ma appena era stato fondato, come può esser noto à chi è mediocremente versato nelle Historie, essendo cosa chiara, che quell' Ordine fù instituito in Tolemaide più di cent' anni doppo li Templari, & gli Hospitalieri di San Giouanni Battista, ci è nell' anno 1190. ma non entrarono li Caualieri suoi nella Prussia prima dell' anno 1212. doppo, che persa Tolemaide, furono cacciati li Christiani fuori di tutta la Terra Santa, perche all' hora pigliando consiglio della loro futura vita li trè Ordini de' Templari, d' Hospitalieri, & di Teutonici, che tutti erano potenti d' huomini, & di ricchezze, li primi doppo hauer depredata la Grecia con grand' auaritia risolsero di ritirarsi a godere le ricche Commende, c' haueuano specialmente in Francia, con che degenerando dal pristino instituto si condussero tosto all' vltima ruina, lasciando vna dubbia fama, ò più tosto certa infamia del nome, & dell' attioni loro, ma con più sauio cõsiglio gli Hospitalieri fastiditi dell' otio di Cipro, oue s' erano ritirati, ricordandosi del voto, & della professione loro risoluerono, come veri Campioni di Christo di cacciarli Pagani fuor di Rodi, & impadronendosene essi, quiui constituirsi scudo, & antemurale à tutta la Christianità come fecero per molt' anni, & come doppo perduto Rodi hanno continuato di fare in Malta con molta gloria. Li Teutonici medesimamente considerando, che niuna cosa potena esserglì più essitiosa, che l' otio, ottennero da Federico Secondo in feudo la Prussia all' hora dominata dà Gentili, & per forza d' armi la conquistarono, riducendola alla fede vera di Christo, & all' obedienza dell' Ordine Teutonico sotto la protettione del sacro Imperio, oue introdussero insieme la lingua Germanica, fabricarono sino à sessantaduo Terre, & Città, & più di settanta Castella, e fortezze con così magnifici edificij publici, & priuati, & tanta frequenza d' arti, & di mercantie, che la Prussia in breue diuenne vna delle più culte Prouincie dell' Alemagna, & molto più sarebbe ella stata se l' inuidia de vicini, & forse la troppa morbidezza de proprij Caualieri non fosse stata cagione di continue guerre fin che in quest' vltimo secolo doppo hauerui regnato l' Ordine Teutonico inter-

men ego pro certo affirmare non ausim: quemadmodum & aliud apud me superest dubium, circa hoc ipsum Henrici III. priuilegiũ anno 1206. concessum. Dicitur enim quod Liga hæc, quamprimum constituta erat, membrum volens esse Imperij protectorem sibi Imperij Principem elegerit, qui fuerit Magnus Ordinis Teutonici in Borussia Magister. Sed certum est quod eo tempore Ordo Teutonicus Borussiam nondum acquisiuerat, imò quod tunc vix adhuc fuerit fundatus, vt illi sciunt qui vel mediocriter saltem in historijs sunt versati. Notum n. est ordinem hunc in Ptolomaide, vltra ducentos annos post Templarios & Hospitalarios S. Iohannis Baptistæ esse institutum: nimirũ anno 1192. Nec in Borussiam esse ingressum ante annũ 1212. quo amissa Ptolomaide Christiani tota Terra sancta eiecti sunt. Nam eo tres illi ordines Templarij scil. Hospitalarij & Teutonici, cum & virib & diuitijs potẽtes essent, de instituenda in futurum vita inito consilio: Templarij quidem post deprędatam magna auaritia Græciam, bellicis sibi in posterũ munijs se subduxerũt, vt splendidis suis Cõmendis, quas plurimas in Francia habebant gauderet. Atque à pristino degenerantes instituto, citò suum inuenerunt exitiũ, dubia post se relicta fama, aut certa infamia potius nominis & actionum suorũ. Hospitalij aũt Sapientiores, otium Cypri, vbi se abdiderant detestati, ac voti professionisq; memores, Gentiles è Rhodo eijciunt, eaq; subacta tanquam Christianorum contra Infideles propugnaculum seruandam sibi desumunt, quod & multis fecerũt annis, donec tandem amissa Rhodo, in Maltham idem facturi concesserunt, vbi adhuc magna cum gloria ꝓ Christianis depugnãt. Teutonici quoq; nihil sibi otio exitiosius esse reputantes Borussia tunc a Gentilibus habitata in feudum a Friderico Imper. obtenta, armorum vi eam in potestatem redigunt, ad veram Christi fidem adducunt, & ordini suo sub Sacri Imperij protectione subijciunt. introducta simul lingua Germanica, & vrbibus sexaginta duabus, Castellis aũt vltra septuaginta extructis, alijsq; tum publicis tum priuatis magnificis ædificijs erectis, artibus, cõmercijs & mercaturis magna frequentia introductis etiã ita excoluerunt, vt iam vna ex cultissimis & celeberrimis sit Germanię Prouincijs, multò futura celebrior, nisi vicinorum inuidia & fortè ẽt nimia equitum ipsorum mollitia, continuis fuisset quassata bellis, donec tandem postremis his temporibus, postquam Ordo circiter trecentos annos ei præfuit Albertus Brandeburgicus Magnus Ordinis Magister, relicta auita & Catholica religione, contra votum & promissam fidem, eam in hęreditarium & profanum Principarum cõuertit, Sigismundo Augusto Poloniæ Regi se submittens. &

cum

ni à trecenti anni la perfida Apostasia d' Alberto Prencipe di Brandeburg Gran Mastro di quell' Ordine con l' abbandonare la vera fede Catolica, & violare le promesse, & li voti suoi non si fosse ingegnato di conuertire in Principato hereditario, e profano quel ch' era sacro, & annesso alla religione, ilche egli fece l' anno 1525. sottomettendosi à Sigismondo Augusto Rè di Polonia, & diuidendo seco quel che non era suo, come si può vedere più particolarmente nella mia descrittione Latina di questa Prouincia, che hora non hò accennate queste cose per altro, che per mostrare con vn tal calculo de tempi, che se la Lega Hanseatica si fondò sotto la protettione de' Gran Maestri di Prussia, non potè ella esser in piedi l' anno 1206. perche in quel tempo non signoreggiauano li Teutonici la Prussia, se ben la conquistaron poco dopoi, nondimeno può esser vero, che la detta Lega sia ancor più vecchia, ma che nè suoi principij, come suol accadere in tutte le cose humane, ella non fosse ridotta à così perfetta forma, perche dal priuilegio d' Henrico III. Rè d' Inghilterra appare chiaramente, che si trouauano all' hora confederate insieme settanta due Città sotto quel nome, ma forse in quel tempo non hebbero Protettore, & l' assunsero dapoi, quando videro accrescere la potenza de' Teutonici, & pensaron di poterne hauer bisogno, perche hanno hauuto per ordinario suo instituto di rinouare la Lega ogni dice anni, & all' hora consultare, & determinare delle publiche occorrenze, riceuere compagni nuoui, ò escludere li vecchi, nelle quali consulte può essere, che doppo qualche tempo si risoluessero di eleggersi vn Protettore, ò di cambiare quel, c' hauessero hauuto prima.

Hor, poiche siamo entrati tant' oltre, la materia ricerca quasi di necessità, che dichiariamo qualch' altra cosa in proposito d' essa Lega, & prima dirò c' hò sentito discorrere diuersamente intorno al nome Hansa, quale alcuni deriuano dalla mano, che in lingua Alemana si dice Hand, volendo, che significhi il vincolo della fede, & dell' vnione, che si figura per le mani congiunte. Il Sudermano teneua, che la parola fosse Gottica, ò Vandalica, che significa ragunanza, ò Concilio, allegando, che in vn monastero in Verda si trouò in quella lingua il testamento nuouo, oue nel luogo, che dice Concilium fecerunt in vnũ staua scritto Hansa in voce di Concilium in vnum, il quale saria argomento maggiore d' antichità, essendo quella lingua dismessa gia molti secoli, ma io m' attengo più volontieri ad vn' altra opinione, c' ho ancotrauata più commune, che questa voce sia composta di due, o tre parole Han der see, che significa presso il mare, essendo vero che quasi tutte le Città della Lega, la quale consiste in trafichi

cum eo diuidens quod suũ non erat, vt in Latina mea eius Prouinciæ descriptione videre est. Factum est hoc año 1525. ac in medium hic adductũ, vt ex hac temporum cõputatione appareat, quod si fœdus Hanseaticũ sub protectione Magni Borussiæ Magistri cœperit, non potuerit id fieri anno 1206. cum eo tempore Ordo Teutonicus in Borussia nondum fuerit, quamuis eã paulo postea acquisiuerit. Fieri tñ etiam potuit, vt fœdus hoc antiquis fuerit, sed quod, vt in reb. humanis fieri solet, nondum ad eam peruenerit perfectionẽ. Nam ex Henrici III. priuilegio clare apparet, septuaginta & duas ciuitates eo tempore in illo fœdere ac sub eo nomine fuisse cõprehensas, quæ fortè tunc protectorem nondum habuerunt, sed assumserũt postea, cum viderunt Teutonicorum vires ita auctas, vt ipsis in aliqua necessitate vsui esse possent. Habuerunt & hoc pro instituto ordinario, vt singulis decennijs fœdus renouarent, ac consultarẽt de omnib. quæ interim occurrebãt, de nouis recipiendis socijs, de veterib. excludendis, ac alijs: in quib. consultationib⁹, fieri iẽt potuit, vt sibi quãuis lõgo post primã institutionẽ tẽpore, Protectorem eligerent, aut eũ quem prius habuerũt mutarent.

Cæterum posteaquam huc vsque processimus, necessariò quasi videtur ipsa requirente materia, vt & alia quædã ad hoc fœdus pertinentia declaremus. Et primum de ipso Hansæ nomine, quod aliqui à vocabulo handt/quod manum apud Germanos significat deductum putant, vt significet fidei vinculum, & vnionis quæ duabus manibus cunctis adumbratur. Sudermannus putabat vocẽ esse Gothicam aut Vandalicam, quæ congregationem aut concilium significaret, allegato quod in Verdensi Monasterio N[illegible]m in ea lingua vidisset Testamentum, in quo vbi ea habentur verba *Concilium fecerunt in vnum*, scriptum erat nomen Hansa, pro verbis *Concilium in vnum*. Quod etiam argumentum esset retrusionis antiquitatis, cum ea lingua iam dudum ac multis ab hinc seculis in vsu esse desierit. Huic autem ego aliam opinionem, quam etiam communiorem video, nimirum vocem hanc ex duabus aut tribus alijs cõpositam, & dici quasi an der See/hoc est, apud, aut ad mare, quemadmodum etiam omnes huius fœderis ciuitates ad mare, aut apud mare ad fluuios nauigabiles sitæ sunt.

Atq; hoc vnum est ex requisitis in illis ciuitatibus, quæ in hoc fœdere comprêhendi volũt, nimirum vt in maris sint littore, aut in fluuiorũ nauigabilium ripa, ea maris vicinitate, vt mutui cõmercij & negotiationis sit commoditas.

Secundum est, vt liberæ sint, ita vt portarũ suarum claues in potestate habeant, & ciuilia exerceant iudicia, quamuis de cætero Principem aliquem superiorem agnoscant. Et hac ratione

plures

& marinarezza sono vicine al mare ò sopra fiumi nauigabili.

Et questa è vna delle conditioni, che si ricercano per le Terre, che hanno à connumerarsi in essa Lega, cioe, che elle sieno appresso il mare, ò sopra fiume nauigabile, ò cosi vicino, che vi sia commodità di traffic.

L' altra è che sieno libere in modo, che in poter loro stiano le Chiaui delle sue porte, & li giudicij Ciuili, che se bene nel rimanente ric. nosciessero la Signoria di qualche Prencipe, non si fa caso, per questo ve ne sono molti della Geldria, della Frisia, dell' Hollandia, & di qualche altra Prouincia, dell' Fiandra, alle quali gli Prencipi loro sogliono particolarmente giurare il mantenimento di quei priuilegij senza li quali elle sariano escluse dalla Lega.

La terza è, che sieno sott' il sourano Dominio dell' Imperio, per questo non si riceuono le Terre di Suetia, ò di Danimarca per altro opportune, perche sono sotto altri Re, che non hanno da fare con l' Imperio: dal quale se bene Danzich è sottratta mediante l' auttorità delli Rè di Pol. ma insieme con alcune altre Città della Prussia, ella si troua pero descritta nell' antiche matricole, & nelle moderne dell' Imperio, & suole essere citata in le altre alle Diete Imperiali, ancorche più volte li Rè di Polonia hanno minacciato di far impiccare gli Noncij, ò Corrieri, che portano simili lettere Citatorie ma parte perche ella mantiene le prerogatiue della sua libertà ancora più di molte altre, parte per essere ella potente, & ricca non si parla d' escluderla, come credo si farebbe s' ella fosse di minore conditione. Settantadue Città di queste conditioni adunque sono quelle, che si collegarono da principio in questa confederatione, otto delle quali per diuerse cause ne vscirono, ma in vece loro se ne accostar. no delle altre, di maniera, che il numero si troua molto augumentato.

Li fini furono di scambieuole difesa in tutte le occorrenze, d' assicurare la libertà delle nauigationi, & de' commercij, & di prohibire, che a Barbari non si conducessero armi, metalli, & altre cose per seruitio di guerra, & però erano ordinate li reuisori ouunque si caricauano le naui. Il che era instituito per la memoria de' danni, che s' erano riceuuti da gli Hunni, li quali s' erano fatta tributaria gran parte di Germania, & in specie la Sassonia maritima, è le vicine contrade, Pomerania, Methelburg, Brandeburg, & altre. Al qual fine era medesimamente prohibito, che non si lasciassero danari à Barbari, ma che anzi per mezo di queste mercantie s' attendesse à cauar da loro quanto oro, ò argento che haueuano, vendendo tutto quello, che si poteua à contanti, & non comparando se non a cambio d' altre merci.

plures in Geldria, Frisia, Hollandia alijsque Belgij Prouincijs, in eo comprehenduntur, quibus proprij sui Principes iuramentum præstant de priuilegijs hisce seruandis, absque quo fœdere hoc essent excludendæ.

Tertium est, vt sub Imperio sint. Ac ideo non recipiuntur Sueticæ ac Daniæ ciuitates, quamuis alias opportunæ, quia alijs subsunt Regibus, quibus nihil est cum Imperio negotij. Et quamuis Dantiscum aliæq; Borussiæ ciuitates, se ab eo separarint, eo quod Poloniæ Regib. subiecerint, admittitur tamen, quia & in antiquis & in recentiorib. Imperij matriculis nomen eius reperitur, & adhuc cum alijs ad comitia Imperialia citatur: quamuis Poloniç Rex nuncijs qui literas illas citatorias adferunt, suspendium sæpius interminatus sit. Et partim quia libertatis suæ prærogatiuas præ multis alijs retinet, partim etiam quia potens & diues est, etiam nunc non agitur de eius exclusione, quod proculdubio fieret si minor eius esset autoritas. Sunt itaq; septuaginta & duæ ciuitates quę trib. hisce gaudentes requisitis, hoc se in principio colligarunt fœdere, é quib. octo, diuersis de causis, ab eo recesserunt, quarum loco plures aliæ successerunt, ita vt numerus hodie multò sit maior.

Finis autem fœderis fuit mutua in occurrente al qua necessitate defensio, nauigationum & cōmerciorum securitas, & inhibitio ne arma, metalla aut cuiusuis generis bellica instrumenta ad barbaros deferantur. Atq; ideo quando naues onerabantur, constituti erãt [illegible] qui eas visitarent. Factum autem hoc erat propter damnorum memoriam, quæ ab Hunnis, qui maximam Germaniæ partem Saxoniam præcipue cum vicinis regionib. Pomerania scilicet, Mekelburgo & Brandeburgo sibi tributariam fecerant, acceperant. In eundem quoq; finem procurabatur ne vllæ barbaris relinquerentur pecuniæ, sed vt quantum fieri posset, hac eorum mercium specie, ijs emungerentur, omnibus quæ ad eos deferebantur præsenti pecunia venditis, & nullis ab ipsis receptis mercibus, quam aliarum permutatione.

Hinc illud adhuc deduci potest, de fœderis huius antiquitate argumentum. Plures enim quam sexcenti & quinquaginta sunt anni, ex quo Germania ab illa Barbarorum seruitute liberata est, à tempore nimirum Henrici qui Auceps cognominatus est, qui omnib. Imperij viribus constanti bello Hunnos adortus, eos Germania expulit, circa annum 937. eosque Vngariæ terminis inclusit, in quib. & manserunt postea, Christiana insuper religione emolliti, quæ paulo antea in Vngaria à Rege Geisa propagari cœperat, ac postea à filio eius Stephano confirmata fuerat. Atq; ita reges illi suo contenti Regno, non amplius alijs præcipue Christianis molesti esse voluerunt.

Cum

Di [illegible] uare argomento più chiaro de [illegible] a Lega poiche sono più di seicento [illegible] i, che fu liberata la Germania di [illegible] di Barbari sino à tempi dell' Imp. H[illegible] nominato l'Vccellatore, il quale congiu[illegible] unite le forze di tutto l'Imperio, ne [illegible] unne intorno all'anno 937. & li ridu[illegible] rmini dell' Vngheria, oue si tennero [illegible] ati anco dalla Christiana religione [illegible] poco innãzi propagarsi in Vngheria del [illegible]. & poi da Stefano Santo suo figliuolo [illegible] enti del su Regno non si messero più [illegible] re gli Stati d'altri, & massime di C[illegible]

Onde p[illegible] o de primi oggetti della Lega fu di proue[illegible] otto coperta d'altre mercantie non si p[illegible] ne à Barbari, ò in qualunque altra m[illegible] cessero loro le commodità di guerreg[illegible] e, che ella fosse fondata intorno a que[illegible] dapoi, & così che ella sia anticha di più di seice[illegible] e, il che non affermo però per vero, ma recito le [illegible] tetture, & lascio, che ciascuno creda quel che li piace, massime, che ne anco questo importa molto all' historia, che noi trattiamo.

Hor che hò detto perche questa Lega si chiami Hansa, quante Città si comprendono in essa, che fu il suo Protettore il Gran Maestro di Prussia, & che ella è antica di più di 400. & forse 600. anni andarò toccando alcune altre conditioni di lei per meglio dichiararla.

E' diuisa la Lega in quattro Quartieri, del primo de' quali è Capo Lubecca, à cui di commune consenso è stata data la preminenza sopra tutte le altre in modo, che col consiglio, & assenso di sei città vicine, ella può sempre congregare in occasione di publici bisogni tutta la Lega, la qual ragunanza si fa sempre nella medesima Città di Lubecca, perche in essa si tiene la Cancellaria, & l' Archiuio, le sei Città à lei vicine, che si chiamano Vandaliche, sono queste. Hamburgo, Rostochio, VVismaria Stralsunda. & Luneburga, appresso le quali risiede la podestà che v' hò detto innanzi, ma nel medesimo Qua[illegible] ero di Lubecca si numerano di più tutte le Citt[illegible] di Pomerania, Stetino, Golnaccia, Gribsualda, [illegible] olberga, Stargarda, Stolpa, Rugenolda, & altre.

Del secondo Quartiero è capo Colonia Città, che di grandezza, di magnificenza, & religione non ha superiore, ne forse eguale in Germania, & in questo si comprendono VVesalia, Embrica, Dusburge con l' altre Città del Ducato di Cleues, & del Contado della Marca, Monasterio, Osnaburga, Tremonia, Lusatio, Herferdia, Padeborna, con l'altre Città di VVestfalia & di Turingia, Neomago, Zutphania, Ruremonda, & altre della

Cum itaque hoc ex præcipuis huius fœderis institutis fuerit, vt sub commerciorum prætextu, nulla ad barbaros deportarentur arma, aut alia bello vtilia, sed potius omnes ijs belligerandi præciderentur commoditates, verisimile est, eam illis cœpisse temporibus, quibus à barbaris periculum fuit, atque ita vltra sexcentos annos durauerit. Quod tamen non ita simpliciter pro vero affirmo, sed coniecturas saltem adfero, liberum cuique relinquens iudicium, & vt credat id quod maximè arridebit. Sed hæc multum faciunt ad historię, quam describimus cognitionem.

Posteaquam nunc dixi quare Liga hæc Hansa dicatur, quot in ea comprehendantur ciuitates, quod Magnus Borussiæ Magister eius fuit protector, & quod vltra quadringentos aut forte sexcentos annos durauit, alias iam eius describam conditiones, vt tanto melius intelligatur historia.

Diuisa est hæc Liga in quatuor membra. Primi caput est Lubeca, cui communi reliquorum consensu hæc concessa est præeminentia, vt consilio & assensu sex ciuitatum vicinarum, in publicis necessitatibus totam Ligam, aut omnes confœderatos conuocare possit. Ac fit ea congregatio in ipsa Lubeca, vt in qua eius est Cancellaria, & archiuum. Sex ciuitates vicinæ quæ Vandalicæ nominantur, sunt Hamburgum, Rostochiũ, Wismaria, Stralsundia, & Luneburgum. In his ea quam dixi, residet potestas. Huic autem membro annumerantur omnes ciuitates Pomeraniæ, Stetinum, Golnauia, Gribsvvalda, Colberga, Stargardia, Stolpa, Rugenolda, & aliæ.

Secundi membri caput est Colonia, ciuitas magnificentia, & magnitudine, & religione nulli in tota Germania nec secunda, nec conferenda. Huic annumeratur Vesalia, Emericum, Dusburgum, ac aliæ Cliuiæ Ducatus ciuitates: ex Marchæ comitatu Monasterium, Osnaburgum, Tremonia, Lusatium, Herferdia, Padeborna, ac aliæ VVestphaliæ & Thuringiæ ciuitates. Item Neomagum, Zutphania, Ruremonda, & aliæ: Item Geldriæ ciuitates, Dauentria, Suola, & Campi in Transisselana, & Groninga cum duabus alijs Frisiæ Occidentalis ciuitatibus.

Brunsuiga tertij membri caput est, cui multæ Saxoniæ & VVestphaliæ ciuitates annumerantur, item Magdeburgum quæ Metropolis & Primas Germaniæ esse solebat, Goslaria, Brema, Hildeshemium, Minda & aliæ. Quartum & vltimum membrum reliquis fortassis & potentia & ciuitatum numero superius est Danticum. Atq; hunc ordinem ita puto factum, secundum temporis quo quæq; ciuitas in confœderationem assumpta est, rationem, quemadmodum & apud

N 2 Hel-

Gheldria, Dauentria, Suuola, & Campinella Transisselana, & Groninga c. & due altre Terre della Frisia Occidentale.

Brunsuigia è capo del terzo Quartiere, & con le fanno molte Città della Sassonia, & della VVestphalia, Magdeburgo, che soleua essere Metropoli, & Primate, d' Alemagna, Goslaria, Brema, Ildesemio, Minda & altre molte.

Il quarto membro, & vltimo se ben forse superiore per potenza, & per numero di Città adherenti è Danzich, il qual ordine credo sia posto secondo la ragione de' tempi, nè quali essi foro entrati nella Lega come si costuma anco presso à Suizzeri. Hora con Danzich si computauano tutte le Città, & Terre della Prussia tutta compresa in essa Lega, le principali sono Mariemburgo, Regiomonte, che essi chiamano Chinuberga, Colmaria, Turonia, Elbinga, & Brunsberga, & fuor della Prussia vengono anco sotto Danzich le tre principali Città della Liuonia, Riga, Dorpato, Reualia, & s' altra in quella Prouincia è collegata nell' Hansa.

Hor questa così gran moltitudine di Città, & Terre è quella, onde si forma la Campagnia Hanseatica, la qual è stata presso a Prencipi Settentrionali di tanta stima, & reputatione, che spesso all' arbitrio di lei si rimetteuano importantissime controuersie di Stato, & quando ella le decideua con la protestatione di congiungere l'arme contro la parte, che ricusasse l' accommodamento, ogn' vno si guardaua di prouocarsela contro, & molti Prencipe la inuitarono con amplissimi priuilegij, à mettere Casa di Traffico nelli Stati loro come fecer prima in Bruges nella Contea di Fiandra, che era emporio celebre, il quale fu poi in quest' vltime guerre trasferito in Anuersa nell' anno 1564 (se non pecco per memoria) oue gli Hanseatici v' hanno Palagio con magazini spaciosi, & d' eccellente fabrica nel modo c' hanno Tedeschi in Venetia il suo fondaco. Secondariamente furono riceuuti in Londra d' Inghilterra, poi in Nouogardia di Russia, & vltimamente in Berga di Noruegia, in ciascuna delle quali quattro piazze fabricarono, come s' è detto, amplissime residenze, che chiamano Contorna, & tra gli altri priuilegi loro era prohibito sotto pena della vita a ciascuno, che non fosse della Lega à trafficare in ques luoghi.

Dalle Terre di questa Lega, & particolarmente da Danzich, da Lubecca, d' Hamburg, & da Brema, & dalle Città di Liuonia sopranominate si caua la quantità maggiore de grani, con li quale si prouede alla Fiandra, all' Inghilterra, à Portogallo, à Spagna, & s' è prouedesto all' Italia questi anni passati della carestia. E però vero, che la maggior parte delle Naui, che lo conducono sono d Hãsterdam, & d' altre Città di Hollandia, & alcu-

Heluetios adhuc moris est. Dantisce autem annumerantur omnes Borussiæ, quæ tota in hoc fœdere comprehensa est, ciuitates, quarum præcipuę sunt Mariæburgum, Mons Regius, quam Königsberg vocant, Cohnaria, Turonia, Elbinga, & Brunsberga. Et extra Borussiam accedunt huc etiam tres præcipuæ ciuitates Liuoniæ, nimirum Riga, Dorparum & Reualia, & si aliquæ in ea regione ad hoc fœdus pertinent.

Hæc itaq; tanta ciuitatum multitudo, fœdere eò colligata est, quod Hanseaticum appellatur, quod in tanta apud Principes Septẽtrionales fuit existimatione ac reputatione, vt aliquando eius arbitrio submitterent & iudicio, vel maximi momenti & status controuersias, & si quando eas decidebant cum protestatione, quod arma sua contra eam partem quæ pacem renueret vellent cum altera coniungere, tum quisq; sibi cauebat ne ea contra se prouocaret. Principes quoq; multi confederatos hosce amplissimis inuitarunt priuilegijs, vt negotiationum suarum curias, in ipsorum ditionibus erigerent, quemadmodum antea Brugis in Flandriæ comitatu fecerant, vnde celebre ibi fuit Emporium, quod postea anno 1564. nisi me fallit memoria. Antuerpiam translatum est, vbi Hanseatici habent Palatium cum officinis & reconditorijs spaciosissimis, excellentis structuræ, quemadmodum & Germani Venetijs suã habent domum aut curiam. Deinde & secundariò Londini in Anglia recepti fuerunt. Postea in Russiæ Nouogardia, & demum in Berga Noruegiæ: ac in omnibus hisce quatuor locis ædificarunt, vt diximus, domus aut residentias splendidissimas, quos Domos Germanicas vocant. Inter alia autem ipsorum priuilegia sub capitis pœna prohibitum erat, ne quisquam qui ex eo fœdere non esset, in ijs locis negotiaretur.

Ex huius Ligæ regionibus, & præcipuè Dantisco, Lubeca, Hamburgo, Brema, & Liuoniæ ciuitatib. superius nominatis, magna frumentorum exportatur quantitas, quib. Belgium, Anglia, Lusitania & Hispania aluntur, & in præteritis penuriæ annis nostræ quoq; Italiæ hinc subuentũ est. Et verum quidem est, quod maxima nauium pars quib. ea vehuntur ab Amsterodamo alijsq; Hollandiæ ciuitatib. aliqua etiam ex Anglia veniant, sed illa Hamburgi, aut etiam Dantisci onerantur, aut Amsterodami ea emunt, quo nauibus Hanseaticis vna cum varijs alijs mercibus numerosis classib. deportantur. Neq; ibi vel momentu temporis perditur: in illis enim magnorum commerciorum ciuitatib. omnia statim distrahuntur. Et quia in Italiam aliquando Belgicis, aliquando Anglicis nauibus deportantur, natus est quorundam error aut opinio, quod Belgica aut Anglia etiam sint frumenta, quamuis vt diximus è Bo-

russia,

ne anco d' Inghilterra, le quali è ſogliono andare à caricarlo in Hamburg, & in Danzich medeſimo, ò lo comprano in Hamſterdam, oue egli vien portato da Vaſſelli de gli Hanſeatici, che vi concorrono con flotte numeroſiſſime, & con diuerſe altre merci, nè perdono punto di tempo, perche in quelle Città di grandiſſime facende tutto ſi ſmaltiſce ſubito, & perche di là l'hanno poi condotto in Italia hor naui di Fiandra, hor naui d' Inghilterra, è nata l'opinione, è l errore, che quei ſiano formenti di Fiandra, ò d' Inghilterra, ſe ben ſono di Pruſſia, di Liuonia, è di Polonia, ò anco di qualch' altra parte d Alemagna, alcuni altri quando veggono tali naui ſogliono ordinariamente dire, che elle ſono Oſterlinghe, che li mercanti ſono Oſterlinghi, & dicono il vero, quando ſono di Lubecca, e di Danzich, & delle vicine contrade, che ſtanno tra' l ſeno Finnico, & il promontorio Cimbrico, perche quella è parte Orientale riſpetto al rimanente di Germania, onde il mare Baltico, & il ſeno Codano ſi chiamano Oſterſee, che ſignifica mare Orientale, ma perche il traffico principale viene dalle ſopradette Città, che ſ no veramente Oſterlinghe, alcuni, chiamano così anco tutte l'altre, che ſono della Lega Hanſeatica, parendo, che il vocabolo ſia più vſitato, & più ſon re, & li Fiaminghi da quali gli Spagnuoli hãno appreſa quella voce, le chiamano così, p che riſpetto à loro ſono tutte Oſterlinghe, cioè, Orientali.

Queſte Città Hanſeatiche ſono bene ſtate ſolite di nauigare in ogni tempo in Iſpagna, oue oltre li grani portano copia infinità d altre merci, & s' accompagno d' ordinario in numeroſa conſerua cõ le naui di Fiandra, portand ui oltre li formenti, quantità grande di pelli, così per fuodre di veſti, come per ſcarpe, & altri biſogni, pece dell' vna. & l' altra ſorte, cioè, liquida. & ſolida, canape, funi, telerie, ferramenta, legnami da fabriche, & da Vaſſelli, lauori d ottone di varie ſorti, panni d' arazzo, pitture infinite, & libri, peſci, & carne ſalate, formaggi, butiri, & mill' altre merci, & ceneri in grandiſſima quantità, all incontro riportano di Portogallo, & di Spagna, cioè, di Liſbona. & di Siuiglia, alli quali Porti ſoglion fare ſcala, Sale, che è la mercantia maggiore, Zuccari, Drogherie dell' Indie, con varie coſe di medicina, & altre curioſità di quelle parti, lane molte, qualche ſeta, Ogli, & Vini, ma in Italia elle non erano ſolite d arriuare, ſe bene da molti anni in quà haueua pur cominciato arriſchiarſene qualche vna con Arenghe, & altri peſci ſalati, ma mi ricordo io, che in Roma s' haueuano per coſa rara le Arenghe, le quali ſi teneuano in qualche bottega di drapperia de' mercanti Fiaminghi, venute per terra con l' altre mercantie, & s' haueuano per delitie, poco dapoi introduſſero di venir ciaſcuno

ruſſia, Liuonia, Polonia, aut etiam alia aliqua Germaniæ regione veniant: alij vero cum audiunt, quod naues illæ plerunque Oſterlingæ dicantur, putant & ipſos mercatores Oſterlingos eſſe, neque falluntur cum illæ Lubeca aut Dantiſco, aut è vicinis regionibus veniant, quæ inter ſinum Firmicum & Cimbricum iacent Promontorium. Orientales enim illæ ſunt, cæterarum Germaniæ prouinciarum reſpectu, vnde & Mare Balthicum & Sinus Codanus Oſt-See/ hoc eſt Mare Orientale vocantur. Et demum quia commercia hæc præcipuè ab his veniunt ciuitatibus, quæ propriè Oſterlingæ ſunt, aliqui omnes reliquas ſub Hanſeatica Liga comprehenſas, eo vocant nomine, ſibi perſuadentes hoc nomen & vſitatius & ſplendidius eſſe. Et Belgę, à quibus & Hiſpani hanc didicerunt vocem, non aliter eas nominant, quia ipſorum etiam reſpectu Oſterlingæ ſeu Orientales ſunt.

Solebant Hanſeaticæ hæ naues omnibus temporibus nauigare in Hiſpaniam, præter frumenta infinitam ferè aliarum mercium copiam eo deferentes, ad maiorem ſecuritatem multis Belgicis comitatæ nauibus, itidem frumentis, pellibus & corijs, tam ad veſtes quam ad calceos, alioſq; vſus, item vtrinſque generis pice, liquida ſcilicet & dura, canabi, funibus, linteis, ferramentis, lignis, laborato ære, pannis, libris, piſcibus & carnibus ſale conditis, caſeo, butyro, & mille alijs mercibus ac cineribus onuſtis. Pro quibus ex Luſitania ac Hiſpania, Vliſſipone nimirum & Hiſpali, qui præcipui portus ſunt in quibus exſcenſionem facere ſolent, Sal, quæ præcipua ibi merx eſt, Zaccharum, Aromata Indica, cum varijs ad medicinam pertinentibus ſpeciebus, alijſq; illarum regionum curioſitatibus, item lanas multas, aliquãtum byſſi, olea & vina exportabant. In Italiam aũt non ſolent venire, quamuis aliquando multis ab hinc annis, aliquæ naues halecibus ac alijs ſalſamentis onuſtæ huc penetrare auſæ fuerint, & memini Romæ admodum raros fuiſſe haleces, ac in pannorum tabernis à Belgis mercatoribus venditos: terra autem illi cum alijs mercibus eo deportabantur, ac in delitijs habebantur. Poſtea vero ſingulis ferè annis, aliquando vna. aliquando verò duæ naues, Genuam, & totidem Liburnum ac Romam totidem venerunt, quæ & haleces adferebant, qui inde per Longobardiam, Hetruriam & Eccleſiæ terras, cum alijs ſalſamentis diſtribuebantur: & tandem etiam Venetias vſq; maiori numero venerunt. Quæ nauigatio ipſis non ſine magno lucro fuit: Exportabant enim ex Italia, alumen, pannos ſericos, auro etiam intertextos, vinum, oleum, vitra, ac alias merces. Atque hinc ſæpius apud meipſum cogitaui, quomodo DEVS

Nn 2 ad-

anno con vna, ò due Naui à Genoua, con altrettante à Liuorno, & altrettante à Roma, onde si distribuiua per Lombardia, per Toscana, & per lo Stato della Chieſa copia grande d' Aronghe, di Salmone, di Cabigliò, & d' altri peſci di quelle parti, ſi come ſi allargarono poi à portare maggior copia à Vinetia, la qual nauigatione tornaua loro bene, poiche in Italia caricauano con molto guadagno alumi, drappi di ſeta, & drapi d' Oro, vini, & Ogli, maioliche, è vetri, ond io hò penſato più volte, che la prouidenza diuina conpaſſionando con la ſua infinita miſericordia le imminẽti calamitoſe ſterilità dell' Italia, andaſſe diſponendo gli animi à queſta nauigatione, acciò nel maggior biſogno pareſſe meno ſtrana, & meno difficile. ſi come predispoſe fertilità di molti anni anco ſtraordinaria in quelle parti acciò trouandoſi come ſi trouarono pieni li granari di Danzich, di Lubecca d' Hamburg, & di altre vicine Città, veniſſe maggior voglia à Patroni di condurli anco lontano, affine di ſmaltirli con vantaggio nel modo appunto, che ella illuminò Gioſeffe à fare abbondante conſerue di grani in Egitto, acciò ſopraueneendo la ſterilità eſtrema di ſette anni, poteſſe di là prouederſene il ſuo diletto popolo.

Mi ricordo, che nel principio di quelle grandi careſtie d' Italia l' anno 1588. à tempo della lunga ſede vacante, nella quale fu creato Papa Gregorio XIV. il Sereniſſ. Signor Duca d' Vrbino, volendo prouedere con la ſua ſolita carità, & diligenza à gl' imminenti biſogni de gli Stati ſuoi mi ſcriſſe in tempo, ch' in veniuo di Fiandra à Roma, ſperando di poterne eſſere ſouuenuto di Bauiera, & ricercandomi ſe quella ſperanza mancaſſe di ricordare à Sua Altezza qualche altra ſtrada, onde poteſſe rimanere ſeruita, alla quale io riſpoſi, che in Bauiera non era poſſibile, poiche altri haueuano anticipato, ma che credeuo, che con qualche gran vantaggio haueria ella potuto mandare à comprarne in Danzich, ò in Hamburg, accordando inſieme la condutta fino in Iſpagna, & mandando poi ella colà ſuoi Vaſſelli per farli portare in Italia, oue non mi imaginauo, nè haueroi creduto, che gli Oſterlinghe, ò gli Hanſeatici ſi riduceſſero d' arriuare con ſuoi proprij Vaſſelli, ſapeuo bene, che ſino in Iſpagna veniuano frequentemente, & l' haueue vedute io medeſimo: ma in Italia, nè anco c' era memoria, che mai vi f ſſero ſtati grani di quelle parti, ſolo dicono, che in Fiorenza nè libri antichi della Republica ſi trouana, che altre volte in penurie ſimili s' erano p r tati formenti da quelle parte.

Onde il gran Duca, che inuigilaua [illegible] de i ſuoi popoli, & al proprio, fu prim[illegible] gl[illegible] à tentare l' impreſa, la quale gli r[illegible] mente, che ſenza danno ſuo a[illegible] gl[illegible]

admiranda ſua Prouidentia, miſeræ ac calamitoſæ Italiæ ſterilitatis miſertus, animos illorum hominum, ad hanc nauigationem paulatim diſpoſuerit, vt in ſumma noſtra neceſſitate minus noua aut difficilis ipſis videretur. Quemadmodum & multos antea in illis regionibus extraordinaria fertilitate lętiſſimos dedit annos, ita vt omnibus Dantiſci, Lubecæ, Hamburgi, aliarumque vicinarum ciuitatum repletis granarijs, maior eſſet nauium patronis voluntas frumenta ſua in remotiores etiam regiones deportare, vt tanto maiori ea diuendant lucro: eodem fere modo, quo Ioſephum illuminauit vt frumenta in lætis illis annis reſeruaret, quibus in extrema ſterilium annorum penuria & tota Ægyptus, & dilectus eius populus ſuſtentari poſſet.

Memini, in principio magnæ illius in Italia anno 1588. penuriæ, cum tandiu etiam ſedes vacaret, donec tandem Gregorius XIV. eligeretur Papa, Sereniſſimum Vrbini Ducem, qui pro ſolita ſua erga ſubditos caritate & cura imminentibus ditionum ſuorum neceſſitatibus proſpectum vellet, ſperans id è Banaria fieri poſſe, ad me cum Romam è Belgio veniſſem, ſcripſiſſe ac rogaſſe vt ſi ea ſpes falleret, aliam Celſitudini Eius ſuggererem aut oſtenderem viam, qua fieri id poſſet. Cui quidem reſpondi: De Bauaria nullam eſſe ſpem, cum alij præueniſſent: Verum credere me quod Dantiſco aut Hamburgo id cōmodius fieri poſſet, ſe eò mittat qui frumentum emant, oſtenſo etiam modo, quo in Hiſpaniam vſq; deportaretur, vnde Eius Celſ. nauibus poſtea in Italiam transferretur. Non enim imaginari poteram, neque credidiſſem Oſterlingos & Hanſeaticos, vnquam induci potuiſſe vt proprijs ſuis nauib. huc venirent. Sciebā quidem ſæpius eos in Hiſpaniam nauigaſſe, ac videram ipſe: ſed de Italia, nulla erat memoria, vnquam frumentum ex illis partib. in ea viſum. Niſi forte Florentiæ id factum, in cuius reipubl. Archiuis reperitur, olim in eiuſmodi neceſſitatibus annonam ex illis regionibus eo allatam. [illegible]nde & Magnus Florentiæ Dux, & proprijs & ſubditorum commodis inuigilans, primus fuit qui id negotium tentauit, atque ea felicitate & ſucceſſu, vt abſque vllo damno aut magno etiam labore, gloriam ſibi pararit immortalem, in ditionibus ſuis procurata abundantia, Bologna ſuſtentata, & Romæ quoque ſubleuatis neceſſitatibus. Atque inſuper, quod maioris forte momenti fuerit, [illegible]onis quoq; ſplendidis, ac ſummis honorib⁹, [illegible] ioues illas ſibi deuinxit, ita vt in ſimilibus aut [illegible] b[illegible]s etiam caſibus, optima quæque officia [illegible] ſperare poſſit. Cuius exemplo multi alij [illegible]iti ſunt. Et Reſpubl. quoque Veneta Secre[illegible] ſuum Ottobonum Dantiſcum, tanquam [illegible] exhauſtam panis fodinam aut venam, ac pluri-

mortale, tenne abbondante il suo Stato, diede da mangiare à Bologna, & prouide anco à bisogni di Roma, & quello, che forse già importa, si fece con ricchi presenti, & con ogni sorte d'honori amiche quelle nationi, dalle quali in maggiori occorrenze potria riceuere importanti seruitii. A quello essempio si mossero molti altri, & la Republica di Vinetia mandò il Secretario Ottobono à Danzich, come alla minera inessausta del pane, & molti mercanti priuati attesero con gran guadagno loro à quello traffico, essendosi fatta la strada così corrente, & facile, & tanto famosa, per l'vtile, che ne ridondaua, che si vedeuano da quelle parti arriuare ogni giorno in Italia Vasselli carichi di grani, & in Roma parlai io con vn Patrone di Naue di Rostocho, che è nel Ducato di Mechelburg, alquanto più là di Lubecca, il quale mi disse d'essere venuto à Roma in sei settimane senza mai pigliare porto altroue, & à mia instanza prese à portare alla medesima Città di Rostoch vn Alunno del Collegio Germanico con sei scudi à sue spese, dicendo, che pigliaua vno scudo per settimana, sperando di tornarsene in tanto tempo, quanto haueua speso venendo.

Nelle quali nauigationi si osseruò vn manifesto miracolo della diuina bontà, che in tanti anni, & in tanta frequenza di Vasselli non si sentì naufragio alcuno, nè danno fatto da Corsari, nè contrarietà de' venti tale, che differendo il viaggio facesse guastare li grani, onde si hebbe causa di dar continue gratie à Sua Diuina Maestà, che s'haueua permessa la sterilità per correttione de' nostri peccati, non volse però lasciarci morir di fame, & preparò il rimedio a' nostri patimenti assai più facile di quello, che mostrò a' fratelli di Gioseffo, a' quali conuenne d'andare fino in Egitto con li Camelli. In quei tempi prouai ancor io frutto dell'amicitia, che teneuo col Sig. Henrico Banhonio Vice Rè di Danimarca, il quale sapendo, che ero in Roma, oue c'era carestia di formento, me ne mandò à donare buona copia per sì lungo camino: Poi che piacque à Dio di far cessare la carestia d'Italia, che l'haueua afflitta cinque anni di lungo, cessò anco la nauigatione per conto di formenti, facendosi calculo da mercanti, che quando non si vendono in Roma à più di dieci scuti il rubbio, che sono come à vndeci Ducati per tre stara de' nostri, non metteua conto portarueli con tanti rischi, ò con le spese de gli assicuramenti. E' però restato assai più frequente di prima il commercio con altre merci, essendosi alle predette aggiunti anco li seui; oltre che hanno cominciato à fare in quelle parti de' Cauiari & dicono voler fare delle bottarghe: Basta, che l'Italia conosce con più fresca notitia il fonte, al quale può ricorrere nelle sue necessità, & così s'hauerà d'andarlo a cercare in Inghilterra, ò in Fiandra, ma passare di lungo in Hamburg, ò in Danzich.

plurimi alii mercatores priuati, animum, magno suo lucro, ad hoc adiecerunt commerciũ, vnde nauigatio illa & via tam trita & communis est, imo & propter emolumentum tam celebris facta est, vt etiam abundarent in Italia omnia, & quotidie fere naues ex illis regionibus appellerẽt frugibus onustæ. Et Romæ quoque ipse cum nauis Rostochiensis, quod in Megapolitano est Ducatu paulo vltra Lubecam situm patrono locutus sum, qui affirmabat se sex septimanis id cõfecisse iter, neque vllum alium ingressum portum, ac totidem eo rediturum sperabat, vnde etiam meo rogatu Collegij Germanici alumnum quendã eo deportandum suscepit suis sumptibus, pro quib. sex coronatos petiit, nimirum coronatum pro septimana.

Atq; in hisce nauigationibus obseruatum est singulare Diuinæ prouidentiæ & bonitatis miraculum, quod nimirum tot annis, ac in tanta nauium frequentia, nulla sit vel naufragium passa, nec à piratis infestata: imo ne contrarios quidẽ sit experta ventos, quibus nauigatione impedita aut protracta fruges corrumpi potuissent. Quapropter etiam continuæ Diuinæ Maiestati sunt reddendæ gratiæ, quod si peccato nostra penuria ac sterilitate illa punire voluit, nõ tamen permisit vt fame periremus nostrisq; malis parauit remedium longe facilius, quam illud quo Iosephi seruauit fratres, quibus vel in Ægyptum cum iumẽtis proficiscendum erat. Sensi & ego eo tempore fructum amicitiæ, quam cum Domino Henrico Banhonio Daniæ vice Rege contraxeram, qui cum me sciret esse Romæ, vbi etiam frugum laborabatur inopia, dono mihi insignem misit per tantum loci interuallum, copiam.

Posteaquam autem Deo placuit inopiæ illi imponere finem, qua per totum quinquennium Italia afflicta fuerat, cessauit etiam illa, quoad fruges, nauigatio computantibus mercatorib. quod nisi pluris quam decem coronatis ipsorum Romæ vendatur mensura, cuius & capacitas & pretium ad vndecim ducatos pro tribus nostratibus mensuris, reueniet, non sit operæpretium, vt tot periculis & sumptibus eo deferantur. Cæterum frequentior tamen est nunc, quam olim, aliis in mercibus negotiatio, ad quas etiam hunc accessit seuum, & omnis generis sallamenta. Satis est, quod nunc Italia recenti edocta experientia fontem sciat, ad quem ipsi in suis necessitati bus sit recurrendum: & vtrum consultius sit in Angliam aut in Belgium, an vero, paulo vlterius Dantiscum aut Hamburgum confugere.

SI TRATTA DI QVELLI, C' HANNO AMBITO D' ESSERE CREAti Protettori della Lega Hanseatica,

Et d' alcune altre cose pertinenti alla medesima Lega.

DE IIS, QVAE LIGAE HANSEATIca protectionem ambierunt,

ac

De aliis quibusdam ad eam Ligam pertinentibus.

NOn è arriuato alla notitia del mondo, che al Protettore della Lega Hanseatica fosse assignato stipendio alcuno, ma si crede bene, che per altra via gli ne deriuassero profitti grandi, & ciò si può argomentare dalla concorrenza di quelli, c' haueuano ambito il carico, se ben può però essere, che la sola riputatione, & la speranza di potersi in ogni bisogno valere di quelle tante forze maritime, hauesse senz' altro potuta stimolare l' altrui ambitione al desiderio di quella carica, la quale era stata data da principio al gran Mastro di Prussia, perch' egli era Prencipe d' Imperio, perche possedeua Porti, e bocche di fiumi, per li quali veniua copia diricchissime merci, e perche era so particolar interesse il mantenere la Lega, poiche da quella si prohibiua che non fossero portate al Moscouito arme, oro, argento, ferro, ò metalli, ond' egli acquistasse più forze per danneggiare la Liuonia, che era del medesimo Ordine Teutonico. Fu poi leuata al Marchese Alberto di Brandeburg, Padre del Duca presente di Prussia, perche egli apostato dalla Religione, & dall' Imperio, facendosi di frate Regolare, come sono li Caualieri Teutonici, Signore Secolare, & Lutherano, & di Principe del Romano Imperio, mẽbro del Regno di Polonia con maritarsi contro 'l suo voto, del qual copulamẽto nacque il presente duca di Prussia, che si troua senza figliuoli masche, per giuditio di Dio d' humore melancholico con rari interualli lucidi.

Et doppo questo fu procurato simil carico dal Rè di Suetia, il quale tenendo parte della Liuonia cõ tãte Piazze opportune al cõmercio su 'l medesimo mare Baltico inuitaua la Lega cõ qual che sperãza di maggiore auanzi, ma non essendo Prẽcipe d' Imperio fu facile la sua esclusione, la quale seruì anco per lo Re di Polonia, che come Patrone della maggior parte della Prussia pretẽdeua il carico quasi

NVlla in mundo nec memoria, nec notitia est, fuisse aliquod Ligæ aut fœderis Hanseatici ordinatum aut constitutum stipendium, quamuis credibile sit, non esse officium illud absque magno aliquo, quod alia via percipiatur emolumento. Quod ex concurrentia eius competitorum aliquo modo iudicari potest: Quamuis etiam vel sola reputatio aut spes auxilii cuiuis a tantis virib. maritimis in aliqua occasione magna esset commoditas, aliquos ad hoc munus ambiendum incitare potuerint. Delatum autem illud a principio fuit Magno Borussiæ Magistro, quod Imperij esset Princeps, qui portus & magnorum fluuiorum alueos in sua haberet potestate, quibus magna diuersarum mercium copia hac illac transportari posset, ac ipsius quoque priuatim interesset, vt fœdus illud ac commercium defenderetur: cum illis quoque caueatur, ne arma, aurum, argentum, ferrum, aut alia metalla ad Moscouitas deportentur, quibus Liuoniæ, quæ ordinis quoque erat Teutonici, vllo modo nocere possit. Sed priuatus tandem eo fuit Albertus Marchio Brandeburgicus, præsentis Borussiæ Ducis pater, quod & religione auita & Imperio relicto, ac ex fratre regulari, quales Teutonici sunt equites, Princeps secularis, ex Romani Imperij Principe, Poloniæ Regni membrum factus: atque insuper etiam contra votum coniugatus. Ex quo coniugio præsens Borussiæ Dux natus, qui absque hæredibus est masculis, & insuper Diuino iudicio humore melancholico ita est afflictus, vt raris saltem interuallis mentis sit compos.

Hoc autem remoto munus illud ambiuit Rex Sueciæ, qui cum Liuoniæ partem, ac tot in mari Balthico loca opportuna commercii, in sua haberet potestate, inuitabat etiam confœderatos, cum spe maioris etiam commoditatis. Verum quia

di sua regione, & il Rè di Dania s'era fatto innãzi, come principe d'Imperio per conto del Ducato d'Holsatia, dal quale s'haueriano forse riceuuti più cõmodi, che da gli altri narrati di sopra mediãte lo stretto, per lo quale sono necessitate di passare tutte le naui, che sono veramẽte Osterlinghe, oltre l'hauere il Rè molte Città, così nel cõtinente della Scãdia, come in quel di Germania, e nell'Isole sue, c'hariano portato alla Lega molte opportunità, con tutto ciò nè anco questo piacque per essere Principe strãniero, se ben dependẽte dall'Imper per vna picciola parte del suo Stato. Per la qual causa ne anco inclinarono nel Re di Spagna, che per gli Stati di Fiadra poteua esser loro molto a proposito, ma non si sà veramẽte che S. Maestà Catolica ricercasse mai quel carico, se ben si è sentito ragionarne. Ma par bene, che per le cose successe à gli Hãseatici mettena cõto di gettarsele in braccio, & di cõgiungersi seco cõtro la Regina d'Inghilterra. Costarono alla Lega ben care le tante repulse, e la lunga irresolutione nell'eleggersi il capo, perche restarono le lorò merci soggette nõ solo à gli aggraui narrati della Regina d'Inghilterra, ma anco alli grossi accrescimẽti di gabelle introdotte nel Sond dal Rè di Danimarca, come fu detto di sopra, oltre che il Rè di Suetia cominciò arrogarsi di vẽdere le licẽze per la nauigatione à quelli, che s'accostauano a Stati suoi, trattando hostilmẽte quei, che nõ le pigliauano cõ dãno grande de mercãti per il che gli Osterlinghi oppressi da tante pesi veniuano tralasciando in gran parte il cõmercio. Et per che s'è discorso, che anche in Francia vi aspirassero, è bene di sapere, che mẽtre più bolliuano li cõtrasti tra la Regina, e la Lega cioè, nell'anno 15[illegible] & 1581. il Duca d'Alanson vnico fratello del Re Henrico di Frãcia (nel quale si estinse la Casa Vallesia) hauẽdo cõ suoi più profondi dissegni presi à fauorire anco cõ la propria persona li ribelli di Fiandra, & passando tra lui, & la Regina d'Inghilterra intorno à ciò manifesto cõcerto ò mosso da lei, ò spinto da suo proprij interessi, mãdò à Lubecca, oue all'hora si teneua publica ragunanza de gli Hãseatici due suoi Ambasciatori, che furono Ioachino de Brandestein, & Filippo di Farenrode, col mezo de quali offerse la persona, & l'opera sua per la protettione delle Città cõfederate, & in spetie per accõmodare la differenza, c'haueuano con la Regina d'Inghilterra, dicendo chiaramẽte, che forse à questo non haueriano ritrouato migliore istromento di lui, & era in tẽpo, che si ragionaua nel mondo del maritaggio, che fosse per seguire tra la lui, & la Regina, ma per occorrere all'oppositione, che si li poteua fare del non essere Principe d'imperio soggiõse, c'haueriano potuto riceuerlo nella Confederatione, & in quella comprendere l'Imperatore & tutti li Prencipi dell'imperio in modo, che non si potesse mai trat-

quia Imperii non erat Princeps, repulsam passus est, quam etiam Poloniæ rex tulit, qui vt maioris Borussiæ partis Dominus, quasi suo quodam iure officium hoc sibi deberi contendebat. Accessit postea Daniæ Rex, qui Ducatus Holsatiæ respectu Princeps Imperii videbatur, & a quo maiora propter angustiam illam quam Sund vocant, exspectari poterant commoda, vtpote qua nauibus propriè Osterlingis necessario transeundum erat: præterquam quod Rex etiam multas haberet ciuitates, tam in Scandiæ continenti, quam in ipsa Germania, ac in eius insulis, quæ magnam fœderi attulissent commoditatem. Sed ne hic placuit, quia Princeps habebatur peregrinus, aut parua saltem ditionis suæ portione ab Imperio dependens. Atque eadem de causa, ne in Regem quidem Hispaniæ inclinari potuerunt, quamuis propter Belgii Dominium, confœderatis potuisset esse vtilissimus. Sed & nec certo scitur an vnquam eius Maiestas Catholica officium hoc ambiuerit, quamuis communi id aliquando fama auditum sit, & ex iis quæ Hanseaticis acciderunt, vtile futurum videtur, si eum sibi deuinxissent, eiusque opera contra Angliæ Reginam vsi essent.

col nome di Dio, metterui in camino, per ritrouarui in Genoua à tempo, che possiate riceuer la commodità del passagio in Spagna, della qual (come sapete) ne è stata data buona intentione dal Sign. Giouan Andrea Doria, al quale scriuemo in questo proposito: se non, prenderete quel altro passaggio, che vi si offerirà più pronto, & più sicuro, secondo, che vi parerà meglio, per condurui sicuri, & sani.

Et congiuntiui in Madrid co'l diletto Nobile nostro Gio. Francesco Moresini Ambasciatore, nostro residente à quella Corte, & co'l diletto Nobil nostro Mattio Zane suo successore, che di presente espedimo con voi, communicarete, con loro, questa nostra commissione, come farà l' Ambasciatore Zane quella, che gli hauemo dato

Et se il Rè non sarà ancora ritornato di Portogallo, farete saper il vostro arriuo in quella Città all' Illustriss. & Reuerendiss. Cardinal Granuela, il quale visitarete in nome nostro, presentando gli le nostre lettere credentiali, & fatto l' vfficio di complimento, che concerne l' affection, & osseruanza, che portamo alla Corona di Spagna, dichiararete il contento, che sentimo d' ogni grandezza, & prosperità del Re, & desiderio dell' augumento dell' vna, & dell' altra, & l' assicurarle insieme della beneuolenza, che portano à sua Signoria Illustrissima, & Reuerendissima, & della honoratissima stima, che facemo della sua persona, li soggiongere, che douendo andar à trouar sua Maestà Catolica, hauete voluto fargliele sapere, per far à punto quello, che con sua Signoria Illustriss. & Reuerendiss. si conueniene, & per intendere se sopra di questo lei tenesse ordine alcuno da sua Maestà, regolandoui in ciò secondo quello, che vi dirà il Cardinale.

Ma se altro non v' impedirà, passarete innanzi fin doue il Re si ritrouasse, & quiui gionti con gli altri due prenominati Ambasciatori nostri, notificato prima il vostro arriuo, procurato, & hauuto l' ordine dell' audienza andarete a sua Maestà Cattolica con quella solennità, che in occasione di così fatto vfficio si richiede: & presentare le lettere nostre credentiali, vi rallegrarete prima di hauerla trouata in prospero stato di sanità, come credemo, che auuenirà, & come ne pregamo sempre Dio, apportando la vita di Re così grande, & così prudente quel beneficio al suoi Regni, alli Prencipi suoi amici & à tutta la Christianità che il mondo vniuersalmente conosce Appresso le esponerete, che tenendo la Republica nostra in tal grado di affettione, & di osseruantia la Serenissima Corona di sua Maestà Cattolica, che con ogni studio attende sempre di non esser suprauanzata d' alcun altro Prencipe, subito che hebbe dell' auiso dell' acquisto che ella fece del' Regno di Portogallo, ne sentì grā

mine, vt in Dei nomine vos ad iter accingatis, ita vt Genuę opportuno sitis tempore, ac transitus in Hispaniam inueniatis cōmoditatem, cui' vt scitis Dominus Iohannes Andreas Doria optimum ostendet & spem & intentionē, cui etiam hac de re scribimus. Si autē non veniatis in tempore, aliam quæretis opportunitatem quæ sese vobis aut promptior, aut securior offeret, ac vt vobis videbitur & itineri & sanitati vestræ conducibilius.

Madridi coniungetis vos dilecto nostro Nobili Iohanni Francisco Moresinio, Legato nostro in ea aula residenti, & dilecto Nobili nostro Matthæo Zanæ, eius successori, quem iam vna vobiscum mittimus: quibus hanc nostrām commissionem communicabitis, quemadmodum & Legatus noster Zana de ea faciet, quam ipsi demandauimus.

Et si forte Rex nondum ex Lusitania redierit, aduentum vestrum in eam ciuitatem Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali Granuellano significabitis, eumque nostro visitabitis nomine, oblatis ei literis nostris credentialibus, præstitoque illo honoris officio, secundum nostram affectionem & obseruantiam erga Hispaniæ Coronam, debito: gaudium nostrum ei declarabitis, quod in magnitudine Regis eiusquē prospero ac felici augmento persensimus: ac simul in specie eum certiorem facietis de nostra erga Illustrissimam & Reuerendissimam eius Dignitatem beneuolentia, & summa existimatione in qua eius habemus personam. Quibus deinde subiungetis, quod cum vobis Sua M. Catholica esset conuenienda, voluisse vos prius ea de re eum facere certiorem, tum vt illustrissimæ ac Reuerendissimæ D. debitum præstaretis honorem: tum vt intelligeretur si ea aliquid hac de re à Sua M. haberet in mandatis. Vbi vos geretis secundum ea quæ Cardinalis vobis dicet.

Si vero nihil aliud obstet impedimenti, progrediemini vlterius donec ad Suam M perueniatis. Quo cum veneritis, cum reliquis nostris prædictis Legatis, indicato vestro aduentu, ac procurata audientia, ea quæ in tali occasione & officio par est solennitate M. suam Catholicam accedetis, & oblatis prius literis nostris credentialibus, gratulamini ipsi, de sanitate, in qua speramus vos eum inuenturos, & pro qua nos semper Deum oremus, cum tanti ac tam prudentis Regis sanitas ea & subditis suis, & amicis Principibus adferat bona, quæ toti mundo cognita sunt.

Deinde exponetis, quod cum Respubl nostra in tali obseruantiæ & affectionis gradu serenissimam Hispaniæ Coronam ac suam Majestatem Catholicam semper habuerit, in qua omne suum collocet studium, ne ab vllo separetur Principe

dissima allegrezza, & non interpose tempo a far l'elettione di voi due Ambasciatori nostri, per far questa sua allegrezza palese al mondo, & per più espressamente, & viuamente rappresentarla alla Maestà S. di quello, che si sia potuto fare fin qui, & con le lettere, & con altri mezzi. Pero stimando noi grandemente questo successo felicissimo, & per l'vnione, & accrescimento, che ha fatto sua Maestà del nobilissimo Regno di Portogallo alli altri amplissimi Regni, & Stati suoi, & per tanti notabili effetti, che si sono conosciuti nascer dalla singolar prudenza di S. Maestà Cattolica, se ne rallegra la nostra Republica di vero cuore, & non puro per quel grande, & intimo affetto, che ne porta à desiderar ogni maggior grandezza, & prosperità, mà per quel beneficio, & ornamento ancora, che da questa grãdezza, & suprema gloria di S. Maestà, ne riceue la Christianità tutta, esponendo, & ampliando questo offici con tal forma di parole, che il Rè conosca corrispondere la nostra allegrezza à quella vera, & sincera amicitia, che hauemo sempre tenuto seco, & che si siamo forzati di fargli conoscer, & procuraremo più che mai, conoscendo noi la reciproca affettione, & ottima dispositione del suo animo verso lo Republica nostra.

Posto fine à questo vfficio con quelle repliche, che saranno necessarie, darete luogo (assistendo voi ancora) all' vfficio, che farà l' Ambasciator Moresini nell' appresentar il suo successore, & quello, che farà l' Ambasciator Zane essequendo ciò, che in primo luogo gli hauemo commesso.

Andarete tutti quattro visitar, & far vfficio di complimento in nome nostro con li Serenissimi Prencipe Cattolico, & infante, li quali intendemo ritrouarsi in Madrid, & presentarete loro le lettere nostre credentiali, regolandoui a far questa visita, ò prima ò dopo, che vi trouarete col Rè, secondo che vi consiglierà l' occasione, il che rimettemo al' a prudentia vostra, & non questo solamente, ma le visite di quei Cardinali Prencipe, & altri, che vi occorrerà veder fuor di Corte, & che sarà conueniente di visitare hauendoui dato lettere di credenza anco per gli Cardinali d' Austria, & di Toledo, & per il Duca d' Alua. Et oltra queste ve n' hauemo date per il Gouernator di Milano, per il Cardinal Borromeo, per la Signoria di Genoua, & per il Duca di Sauoia, & di Nemers per valerui di esse, secondo che portarà l' occasione.

Finiti gli officii predetti con la Maestà Sua, & con quelli, che si trouerranno in sua Corte prenderete grata licenza da lei, & tornarete voi due alla Signoria nostra, come farà anco Ambasciator Moresini, al quale ne scriuemo à parte

Per vostre spese vi hauemo deputato ducati cinquecento d' oro per uno al mese, delli quali non sete obligati monstrar conto alcuno, & gia vi ha-

quamprimum nuntium de Regni Lusitaniæ acquisitione accepit summo perfusa gaudio, nulla interposita mora, vos duos Legatos elegerit, quorum opera hoc suum gaudium toti mundo testatum fiat. Quod & vos quantum poteritis S. M. tam literis, quam aliis mediis exponetis. Magni enim felicissimum hunc æstimantes successum, vnionis & acquisitionis nobilissimi Lusitaniæ Regni, eiusq; ad cæteras M. S. ditiones accessionem, præter tot notabiles eius singularis prudẽtiæ, quos hactenus experti sumus effectus, ex intimo sinceri cordis affectu gaudemus, neq; saltẽ eo sensu quo omnia eius Majestati precamur augmenta & prosperitates, sed etiam eo quo totus orbis Christianus omnis generis commoda, & ornamenta ab hoc S. M. augmento & suprema gloria prouenientia sentit ac recipit. Atque hæc verborum ita exponetis & amplificabitis ornamentis, vt Rex gaudium nostrum, sinceræ illi amicitiæ, quam semper cum eo excoluimus respondeat, quam ipsi declarare cogamur, ac magis quam vnquam antehac procurabimus ei probari, agnita reciproca eius optima erga nostram Remp. dispositione & affectione.

Hoc peracto officio, cum necessariis replicis, locum dabitis officio, quod vobis tamen adhuc præsentibus præstabit Legatus noster Moresinus, in suo præsentando successore, atq; illi quod exequetur Zana ea quæ ipsi primo perficienda demandata sunt.

Hinc omnes quatuor simul ea honoris, nostro nomine Principi Catholico & Infanti quos Madridi esse intelligimus, quæ iis debentur præstabitis officia, ac nostras eis afferetis litteras credẽtiales In hac autem visitatione, aut antequã Regem conueniatis aut postea perficienda facietis prout consuluerit occasio. Vestræ enim hoc committimus prudentiæ, atque non saltem hoc, verũ etiam visitationes Principum Cardinalium & aliorum qui extra aulam erunt inuisendi, litteras etiam habentes credentiales ad Austriæ & Toleti Cardinales, & ad Ducem Albanum. Præter has dedimus etiam ad Mediolani Gubernatorem, ad Cardinalem Borromæum, ad Senatum Genuensem, & ad Sabaudiæ & Nemurei Ducem, vt ijs quoq; pro re nata, si se offerat occasio, vtamini.

Finitis omnibus his officijs, cum S. M. & cum ijs quos in eius inuenietis aula, benigna accepta licentia vos duo ad nos redibitis, quod etiam Legatus Moresinus faciet, ad quem in specie hac de re scribimus.

Pro expensis vestris, deputauimus cuiq; quingentos coronatos aureos in singulos menses, de quibus nullam nobis reddetis rationem. Et iam numerari vobis curauimus quatuor Ducatorum aureorum millia pro ambobus, in quatuor men-

sium

uemo fatto dar quattro mille ducati d'oro fra tutti due per souuentione di quattro mesi per caualcature, nolo de muli, & Nauilii, che conducanno le vostre persone, & robbe: quattrocento per uno da Lire sei, e soldi quattro per ducato, & per coperte, & forzieri ducati trenta per vno.

Al Secretario Vostro in dono ducati cento, & al coadiutore ducati cinquanta, a due Corrieri, che vi accompagnaranno ducati trenta per vno,

Sete obligati condur venticinque caualli per vno computati quelli del Secretario, coadiutore, & seruitori loro.

Oltre li sopradetti danari vi hauemo fatto dar ducati trecento da lire sei, e soldi quattro per ducato a buon conto di mancie, che darete à Musici, Sonatori, & altri, li quali deueno andar à conto della Signoria Nostra.

Pero sete obligationi tenerne distinti, & particolar conto da esser per voi presentato al ritorno vostro secondo l' ordinario. Potrete portar a risigo della Signoria Nostra, argenti per il valor di cinque cento ducati per vno, li quali siano prima stimati come è solito nell' officio delle Rason noue.

Data in nostro Ducali Palatio die 3. Martii Inditione 9. 1581.

Brancosius Sec.

fium subuentionem, pro equorum autem mulorum, & nauiũ locatione, quæ vestras & personas & sarcinas deportabunt, pro vno quoque quadringentos, numeratis sex libr. & 4. solidis pro Ducato. Pro tegumentis vero ac aliis necessitatibus cuique triginta.

Secretario vestro dono damus centum Ducatos: Adiutori eius quinquaginta, duobus cursoribus qui vos comitabuntur, cuique triginta.

Viginti & quinque obligati eritis quisque habere equos comprehensis Secretarii, Adiutoris, ac ipsorum seruitiorum equis.

Præter has pecunias numerari quoque curauimus trecentos Ducatos, in musicorum aliorumque donaria, de quibus nobis reddenda erit ratio.

De omnibus autem quisque vestrum in specie suas describet rationes: quæ nobis post vestrum reditum pro consuetudine exhibeantur. Poteritis etiam quisque Senatus nostri periculo vobiscum deportare argenteam supellectilem, ad quingentos vsque Ducatos æstimatam visitatam prius pro consuetudine a nouarum rationum officio.

Datum in Ducali nostro Palatio 3. Martii, Inditione 9. anno 1581.

Brancosius Secr.

Hic deest caput 40. agens de monitis pro ducibus exercituum et est mihi fol. 390. p. 2.

CAP.

CAPVT XVI.

AVVERTIMENTI AL SIG. MARC. ANTONIO COLONNA, quando ando Vice Rè di Sicilia, &c.

Di Don Scipio di Castro.

MONITA PRO DOMINO MARCO ANTONIO COLOMNA, CVM VICE REX in Siciliam proficisceretur.

IL Gouerno di Sicilia è stato fatale à suoi gouernatori dall' anno 1490. fin' all' anno 1571 perche in breue spatio di tempo si sono trouati inuolti in pericolose difficolta, et la maggior parte d' essi ha lasciata in quel Regno sepolta in modo la reputatione, che ne ancò nelle posterita loro ha potuto resorgere mai piu. Del 1490 fù dal Rè Catolico mãdata a quel Gouerno Don Giouãni della Nuzza: il quale fra pochi anni si ridusse a termine che per potersi suiluppare, fu costretto carcerare un figliuolo unico, che haueua, & all' ultimo sententiarlo a morte, se bene poi gli fù donata la vita dal Re, il quale solena dire, que Dõ Iuan de la Nezza de puro necio hauia legado a hazer hechos Romanos. Nõ fu bastante si gran demostratione à reintegrarlo, perche tuttauia fu priuato del carico, con danno, & Iscorno grandissimo.

Successe à costui Don Vgo di Moncada, a cui nel terzo anno del suo gouerno sopranennero si grã di inconuenienti, che dal furore dil popolo fu rinchiuso nel suo Palazz. fu battuto cõl' artigliaria, gli fu ammazzato uno de suoi, che gli era a lato precitato dalle fenestre un altro, et esso a pena hebe tempo di salir sopra un piccolo vassello & fuggirsene a Messina, scoprendosegli cõtro unitamente tutto il Regno, & segnalandosi più d' ogn altro il Conte di Galicana, il quale andè anco all' Imperatore Carlo Quinto, contro di lui, ne si quietò mai, fin che non l' hebbe spinto fuora de Regno.

Fu dopoi Don Vgo mandato à quel Gouerno, il Duca di Monte Leone, il quale non si lascio dietro arte nessuna giudicata conueniente, per tenere il Regno quieto, ma non li fu mai possibile poter maneggiar quel Regno, fin che parti-

AB anno 1490. vsq; ad 1571. Siciliæ gubernatio præfectis suis fatalis fuit. Breui enim tempore periculosis difficultatibus se inuolutos senserunt, & maxima ex parte sepultam ibi adeo reliquerunt suam reputationem, vt ne in posteritate ea quidem vnquã resurgere potuerit.

Anno 1490. à Rege Catholico missus est ad eã Gubernationem Don Iohannes de La Nuzza, qui intra paucos annos eo redactus est necessitatis, vt, quo se ex difficultatibus illis extricaret, vnicum quem habebat filium in carcerem coniicere ac postea capitis damnare coactus fuerit, quem tamen Rex vita donauit, dicere postea solitus, quod Iohannes de La Nazzo, ex puro stulto eo venerit, vt Romanorum iam edat facinora. Neque hac seueritate, quamuis nimia ad eum restituendum sufficiens fuit, sed tandem maximo & pudore & damno ab officio remotus fuit.

Huic successit Don Hugo de Moncada, cui tertio gubernationis suæ anno tanta superuenerunt incommoda, vt a furente populo palatio suo inclusus, tormentis concussus, ita vt vnus è suis qui ipsius astabat lateri occisus, alter è fenestra præcipitatus, ac ipse vix tantum sit nactus temporis vt scapha conscensa Messanam profugere potuerit; toto regno ei vnanimiter contrario, inter reliquos autem Galicanæ Comite, qui compellato quoque Imperatore Carolo V. non quienit, donec eum toto regno expulit.

Post Don Hugonem missus eo est Dux de Monte Leon, qui nullum intermisit artifici-

co'ari Caualieri non si risolsero di uccider, per inimicitie priuate coloro, che impedivano il gouerno publico, che fù con la morte del Squarcialupo, & suoi seguaci: sorgendo poi da altre bande si grandi & importanti disturbi, & pericolo a'l' honor del sopradetto Duca, che vecchio & carico d' infirmità, fù forzato andarsi à giustificare in Spagna, donde non si partì con tutta la sodisfattione, che desideraua, & d' ragione gli si doueua per li suoi seruigi.

Al Duca soprodetto succedette il S. Don Ferrante Gonzaga, contra il quale nel fin del quarto anno del suo gouerno, si comminciarono à scoprire molte fastidiose malignità, perche l' imputauano, che hauisse parte del banco, che in quel tempo haueua aperto in Palermo Lorenzo Mahona fratello di Giouanne Mahona, segretario confidentissimo di quel Signore aggiungendo, che col mezzo di quel banco fraudaua le prouenti delle tratte de frumenti, che participaua nelli banchi della Corte, che intraua ne' partiti che si faceuano per la necessità del Patrimonio, & che gli Vfficii si vendeuano publicamente; le quali malegnità hebbero forza di fargli venir' à dosso la violenta sindicatione di Don Diego di Cardona, Il cui procedere pieno di arroganza, & di poco rispetto, sforzò quel buon Caualiere à far contro di detto Sindicatore, quelli risentimenti, che meritauano li suoi portamenti. & se bene quella sindicatione non impedì l' andata sua. al gouerno di Milano, per la gran necessità, che hebbe l' Imperatore della persona del Signor Don Ferrante doppo la morte del Marchese del Vasto, aperse nondimeno la porta alla seconda sindicatione procuratagli dal Sign. Cardinale di Gran Vela. & essequita da Don Francesco Pacecco, & da don Bernardo di Bolea, la quale sindicatione fù la più accurata, che mai si facesse, & accozzando le cose di Sicilia, con quelle di Milano, hebbe quel fine, che si sa manifesto.

Appresso il Signor Don Ferrante, fù mandato à quel Regno Gio. di Vega, à cui non mancarono difficoltà, & pericoli, subito che comminciò ad intrare ne gli interessi de matrimonii. Pensò costui, che la strada del rigore hauria facilmente dato gli quella quiete, che era mancata à suoi antecessori. Per questa causa entrò tutto terribile nel reggimento, & di prima gionta troncò la testa al Marchese di Pietra Precia, & al Dottor Cauello estimando d' atterrire il Regno, con si fatti principii, onde nissuno fusse stato ardito di muouersi per l' auuenire; ma la natura del gouerno portò altrimente, perche senza nessun rispetto venne à rotto con lui, Andrea Arduino Protettore del Patrimonio; Andò alla Corte contra di lui, procurò, che gli venisse la sindicatione, operò che gli fosse

artificium, quod ad Regni parandam quietem idoneum putaretur, non tamen vnquā voti compos fieri potuit, donec tandem equites aliquot, propter particulares inimicitias, eos qui publicam impediebant gubernationem occiderent, inter quos fuit Squattialupus cum suis complicibus: Verum post a ab aliis partibus alia ingruerunt impedimenta & honoris etiam eius pericula, vt prædictus Dux & senio & morbis grauis ad sui defensionem in Hispaniam proficisci sit coactus, vnde non rediit ea cum satisfactione quam desiderauerat, aut quæ ei pro meritis ac seruitiis debita erat.

Prædicto Duci missus est successor Don Ferrantes aut Ferdinandus Gonzaga, contra quem in quarti Gubernationis suæ Anni fine, multę contra eum fastidiosę malignitates detegi cœperunt. Imputabant enim ei, quod in numularia taberna quam eo tempore in Palermo Laurentius Mahona, Iohannis Mahonæ Gubernatoris huius secretarii fidelissimi frater erexerat, partem haberet ac quod eius medio reditus ex frumentis defraudaret, item quod in aulæ nummularia partem haberet, item quod is se quoque ingereret pactis quæ ex Patrimonii fiebant necessitatibus, & quod officia publice venderentur, quæ malignitates eam habuerunt vim & efficaciam, vt ei violentam Don Diogi di Cardona Syndicationem supe. inducerent Cuius processus arrogantiæ & contemptus plenus. bonum hunc equitem eo adegit, vt merito de eo conquereretur. Et quamuis ea syndicatio eius Mediolanum versus profectionem impedire nō potuit, cū necessaria eius Imperator post Marchionis Vastai mortem indigeret opera, portā tamen viamq; secundæ syndicationi à Cardinali Granuellano ei procuratæ, & à Francisco Paceco & Bernardo de Bolea executę, aperuit. Atque hæc accuratior fuit quam antehac vlla alia, Siculis rebus cum Mediolanensibus commixtis, eumque habuit exitum, qui omnibus est notus.

Post Ferdinandum mittitur ad Siciliam gubernandam Iohannes de Vega, cui quam primum matrimoniorum commoda tractare cœpit, non defuerunt difficultates atq; pericula. Putabat hic seueritatis via, se facile eam paraturum quietem, quam sui frustra quæsiuissent antecessores, atque ideo magno terrore gubernationem aggressus, in ipsius principio Marchionem Petræ Prætiæ capitis damnauit, vna cum Doctore Cauello, sperans se talibus primordiis toti regno terrorem aliquem incussurum, vt nemo postea quicquam contra eum tentare auderet. Verum longe aliter quam sperabat res successit. Nam omni semoto respectu tandem Andreas Arduinus Patrimonii Protector contra eū insurrexit, ac ad aulam profectus, syndicationem contra eum procurauit,

tolta fuori del Regno la causa di Cinina tanto importante, al Marchese di Hieraci, & al Duca de Budona, cosa tanto sentita da Don Gio. di Vega, che non potendo'a dissimulare fù costretto dimandar licenza, & scrisse all' Imp. quella lettera, della quale vanno tante copie per il mondo, acciò, che si vegga il ritrato d' vn' estreme risentimento, che fa vn seruitore, & d' vna estrema patienza, che hebbe vn Patrone, & con questi disgusti & pieno di discontento Giouan di Vega vscì di Sicilia.

Successe à Gio. di Vega il Duca di Medinaceli, il quale sarebbe sempre stato degno d' hauer gouerno, se non hauesse gouernato mai. Questo Sign. era bonissimo Caualiere, pur s' incontrò in due specie d' infortunii, alcuni de' quali naquero dall' infelice impresa, che tentò in Barberia, altri dal puro gouerno ciuile, delli primi non parlo, perche la colpa non fu sua, ma di chi volse adoperarlo in essercitio non inteso da quel Segnore, ma trattando del gouerno del Regno, si come ancora di questo il Duca haueua poca intelligenza, fù costretto à darsi tutto in preda de Ministri pieni di disegni particolari, d' emulationi, & odii fra loro, le discordie & interessi di costoro, che haueano per le mani vn soggetto attissimo ad essere aggirato, le confussero in modo, che si diede occasione al protettore del Patrimonio, di procurare quella sindicatione, che fu commessa al Vescouo di Aliffe, & à Don Giouanni di Mausino, la quale sindicatione si tirò dietro la venuta del Marchese d' Oriolo, con quella potestà cosi grande, che era tutta à depressione del Duca, però sece le carcerationi, i tormenti, le condennationi di tutti gli Consiglieri, più cari, più confederati, & più adoperati di quel Signore. Causò la diuisione del Regno; Nella qual diuisione restando il Duca solo, & abbandonato dalle parte più grande del Baronaggio, non hebbe poi forza d' impedire il Parlamento, che contro l' auttorità sua gli congregò su gli occhi il Marchese d' Oriolo & molto meno puote ouuiare alla determinatione del Regno, che fù di mandare al Re, come mandò in effetto, il Marchese della Fauara, fratello di Ruigomez, alienato gia dal Duca, da cui doueua riconoscere quanto haueua nel mondo, per cause leggierissime l' andata del quale se bene fu in nome per presentare il donatiuo, era in fatto principalmente contro del Duca, alla cui priuatione si venne finalmente con quelli termini, che sono manifesti.

Segui al detto il Signor Don Gratia di Toledo, il quale se bene procurò, d' andar cosi ben' informato de gli humari, & della forma del Reggimento, che non fu necessitato buttarsi in braccio d' altri in su il principio, nondimeno attra-

qua obtinuit vt extra Regnum Cininę causa, Hieraci Marchioni, & Budonæ Duci tolleretur, cuius rei iniquitate ita commotus est Iohannes de Vega, vt eam ferre amplius non potens, dimissionem petere sit coactus, easque ad Imperatorem scripsit litteras quarum exemplaria passim per totum fere circumferuntur orbem, in quibus apparet exemplum extremarum Ministri querelarum, & summæ Domini ac Patroni patientiæ. Atque ita Iohannes de Vega Siciliam reliquit.

Vegæ huic successit Dux Medinæ Cœli. qui omni gubernatione visus fuisset dignus, si nullam vnquam suscepisset. Hic optimus ac integerrimus erat, verum etiam in duo infortuniorum incidit genera, quorum aliqua ex infelici illa quam in Barbariam susceperat expeditionē, aliqua vero ex ipsa ciuili gubernatione orta sunt. De prioribus hic nihil dicam, non enim eius ea fuit culpa, sed eorum qui eius opera in re quam non intelligebat, vti voluerunt.

Sed de sola regni aliquid dicam administratione, cuius vt paruam quoque habebat cognitionem, ita etiam totum se cogebatur in prædam dare ministris, diuersis consiliis deditis æmulationum ac odiorum mutuorum plenis, vbi eorum dissidiis & priuatorum emolumentorum studiis, vtpote subiectum haberent in manibus, ad omnes agitationes aptissimum, eum tandem adeo confuderunt vt Patrimonii Protectori sit data occasio eam procurandi syndicationem, quæ Aliffano Episcopo, ac Don Iohanni Mausino commissa Orioli Marchionem introduxit, cum tanta potestate, vt Dux ea opprimeretur, attraxit carceres ac torturas & condemnationes omnium Consiliariorum ac aliorum qui Duci aut fideliores aut chariores fuerunt, attulit Regni discordiam, in qua Dux solus ac a maxima Nobilitatis parte relictus, nullas deinceps habuit vires quibus se Parlamento opponere posset, quod ei Orioli Marchionem in conspectu opposuit. Et multo minus Regni determinationi resistere potuit quæ erat, vt ad Regem mitteretur, (qui etiam missus est) Fauaræ Marchio, Rui Gomezii frater, leuissimis de causis a Duce iam alienatus, quamuis omnia quæ in mundo habebat ab ipso recognoscere debuisset, cuius profectio titulum quidem præ se ferebat donatiui præsentandi, re autem in rei veritatem contra Ducem erat, ad cuius tandem depositionem iis quę omnibus cogniti sunt terminis, processum & peruentum est.

Huic successit Don Garzias Toletanus, qui quamuis ita de humoribus Siculorum & de Regiminis forma instructus esset, vt nō opus habere etiam in principio, vt se aliorum voluntati & directioni submitteret, interueniente tamen negotio de auri Millione à Messina promissa, male ei

cercfando si il negotio del milion d'oro promesso da Messina, fu causa, che egli cominciasse à star male, con quella Città, & ella con lui. Da questa mala sodisfattione reciproca si vennero à malignare sifattamente gli humori, che con facilità si diede occasione al tumulto, che seguì dopo tra Messinesi, & Spagnuoli, con la morte del Cognato del Signor Vargas, sententiato tanto da Don Gratia, che per essa venne alla severa giustitia d'alcuni, & decapitò Don Raimondo Trimarch senza volergli dare più di 4 hore per termine d'innocentia, ilche fù agramente ripreso dalla Corte: Donde cominciarono à pigliare il filo coloro, che non lo volevano per Vicerè di Sicilia, mostrando ch'era impossibili di aspettare quella Città, che è tanta parte di quel Regno, sincerità di giustitia da Ministro, che si scopertamente era entrato in passione con essa, & con tutti quelli, che la defendevano; Seguendo poi più arditamente l'ardor de gli emuli, come prima Don Gratia scoperse l'inimistà con gli Inquisitori, procurando di limitar loro l'auttorità in molte cose, & di restringere il numero de familiari, de loro Officiali. Questi disturbi tutti si destarono à pena finito il primo anno del suo regimento, ma quello, che diede l'ultimo crollo carico di Vicerè, fù d'arrogarsi assolutamente la determinatione delle cause patrimoniali, & chiudere affatto la porta de pagamenti indifferentemente quasi à ciascuno, ilche se bene faceva quel Signore per servitio del Rè, nondimeno riportato queste andamente alla Corte da molti, & principalmente da Don Gio. Vigliarod; che per altre cause toccante all'Imperio del Mare stava male con Don Gratia, hebbe largo campo di comporre, & di malignare à suo modo, & di fare, che si risolvesse il Consiglio di Spagna, che Don Gratia non poteva più governare in quel Regno, dove desiderò di tornare per un'anno solo, & non gli fù concesso.

Venne ultimamente il Signor Marche di Pescara ardente del servigio del Rè, pieno tutto buona mente, & desideroso sopramodo de trovar forma del governo quieto; conoscendo, che per esser Ministro Italiano, & gionto à quel carico con qualche dificoltà se gli conveniva più che à nissuno de suoi antecessori di procurarla, & perche acciò fare ci bisognavano due cose, innocentia di vita, & intelligentia di governo non solo in lui, ma ancora in quel Ministro che egli s'havesse eletto come instromento per mettere in atto il buon disegno, che haveva nell'animo; Cominciò molto bene à gettare li primi fondamenti per quel che toccava alla persona sua; perche quanto all'innocentia, si spogliò totalmente da ogni disegno,

cum illa ciuitate conuenire cœpit. Atque ex hac animorum auersione, ita etiam reliqui humores deprauati sunt, vt magna cum facilitate ad tumultum quendam peruentum sit, qui postea inter Messanenses & Hispanos exortus est, in quo Vargæ cognatus occubuit, euius morte ita indoluit Garzias, vt ad seueram in quosdam animaduersionem procederet, decollato inter alios Don Raimundo Trimatchio, cui non amplius quam quatuor indulsit ad se præparandum horas, quod admodum toti aulæ displieuit. Atque hinc se iis adiunxerunt fere omnes qui eum pro Vice Rege amplius habere nolebant, impossibile esse dicentes, vt illa ciuitas quæ tanta Regni illius pars sit sinceram Iustitiæ administrationem sperare possit, qui tam manifeste passionibus suis contra eam, & omnes qui eam defenderent, indulgere deprehen'us sit. Deinde audacter æmulorū se opponens detectæ audaciæ. Inquisitoribus quoque se hostem ostendit, limitata in multis ipsorum autoritate, ac familiarium & officialium eorum imminuto numero. Atque hæ turbæ vix primo elapso regiminis eius anno excitatæ sunt. Quod autem extremum eius officio Vice Regis præcipitium attulit, fuit quod absolutam sibi causarum Patrimonialium determinationem arrogabat, atq; ita omnib⁹ indifferenter partā ad solutiones percipiendas occludebat. Quod quāuis ad Regis faciebat vtilitatem attamen cum à multis querelæ ad aulam deferrerentur, & præcipue à Don Iohanne Viliarod cui propter alias causas Maris Imperium concernentes male cum Don Garzia conueniebat, magnum habuit malignandi, & pro suo modo querelas componendi & nectendi campum, vt tandem in Hispanico concluderetur consilio, Don Garziam Regnum illud amplius gubernare non posse, neque ei concessum est, vt saltem vnum ibi adhuc, quod petierat, residere posset annum.

Venit tandem Pescaræ Marchio Regis sui seruitio feruens, ac vltra modum bonæ tranquillæque regiminis formæ inueniendæ cupidus, ac insuper statuens, quod, cum natione sit Italus, nec absque difficultate ad officium illud promotus, maior ab ipso quam vllo antecessorum requireretur diligentia & cura. Et quia duo ad hoc erant necessaria, Innocentia videlicet vitæ, & Regiminis administrandi scientia, non solum in ipso, verum etiam in Ministro, quem tanquam præcipuum ad bonum suum efficiendum propositum erat electurus, optima in principio in iis quæ suam concernebant personam iecit fundamenta. Nam quoad vitæ innocentiam omnibus se prorsus exuit cupiditatibus, neque aliam ex ea potestate quæsiuit

ne volea che quel governo le giovasse ad altro, che à mostrare al mondo, che egli non havea degenerato da suoi maggiori, & che era stato atto agiungere alli carichi di suo Padre, senza volerne altra auttorità, che la sola provisione, con la quale disegnò di vivere, & con l'intrate proprie andarsi spegnando. Comminciò vna specie di vita più conforme à religioso ben regolare, che à Signor che governava. Ascoltava attentissimamente tutti coloro, da quali pensava potergli venire consigli fedeli, prudenti, & amorevoli, & finalmente chiuse quanto à se tutte le porte d'onde fusse potuto intrare la malignità; ma come colui, che si trovava povero di servitori valorosi, quando venne all'elettione del Ministro di confidentia, dichiarò per tale vn' huomo tenuto da lui per intelligente, sincero, & destro nel maneggiare de negotii. Questo fu il primo intoppo, & ben grande, che s'attraversò tra piedi di quel Signore; perciochè il suo Ministro si scoperse subito ignorante, arrogante, inutile, entrò di prima gionta in liti rabbiosissime per suoi interessi, & nudo d'intelligentia presumiva di voler emendare l'ufficio di ciascuno, solo voleva maneggiare la giustitia, solo il patrimonio, & questo con modi così violenti, & pieni di mala creanza, che cominciò incontinente à disordinare tutto l'organo del reggimento, con estremo dolore di tutti gli officiali, vrtando principalmente col conservatore del Patrimonio Pietro Velasquez, huomo havuto dal Re in opinione di sincero, & capace, di governo antico, & solo Ministro Spagnuolo in quel Regno, non conoscendo il servitore ignorante di quanto danno à lui, & di quanto disturbo al suo patrone potevano essere le giuste querele di costui, che subito prese licentia d'andarsene alla Corte.

Haveva il Marchese con la più santa intentione del mondo fatto vn deposito delli danari della Corte, & eletto per Depositario vn Genovese, chiamato Nicolò Gentile, & perche à questo non era concorso il Signor Pietro come Conservatore, ne Andrea Arduino, come Protettore del Patrimonio, hebbe l'vno, & l'altro di questi largo campo di dipingere à loro modo in Corte questa depositaria, & fecero tanto l'vno con la presentia, l'altro con lettere, che adombrato il Rè di questa novità sfegnata senza consulta sua, & mostrandone mala sodisfattione, comandò che senz'altro si levasse subito, & si costringesse molto severamente il Genovese à darne conto, senza voler sopra ciò intendere giustificatione alcuna del Marchese; di quà si diede principio, à chi n'haveva voglia, di far apparire poco sincere tutte l'altre attioni di quel Ministro totalmente in sinistra opinione della Corte, se il Signor Gio. Andrea Doria non l'havesse con gran favore sollevato.

vtilitatem, quam vt toti prodesset mundo, aequa quam se a maiorum suorum degenerasse virtute, ac dignum aptumque esse qui Patri suo in maioribus officiis succederet, nulla alia accepta ex illo officio commoditate, quam ordinaria provisione, qua vivebat contentus, proprios ei reditus adhiciens. Vitam itaque vixit Religioso, eoq; bene Regulari, quam politici regiminis administratori convenientiorem. Diligentissime eos audiebat, à quibus fidelia, prudentia, & pacifica dari sibi posse consilia putabat, & demum omnes malignitati praeclusit vias. De caetero autem, tanquam is qui fidelibus & prudentibus destituebatur ministris, in eo eligendo eum quo Regiminis onus partiri debebat, in talem incidit, quem ipse quidem pro prudente ac rerum gerendarum gnaro habuit, verum euentus prorsus alium comprobavit. Atque hoc primum offendiculum, nec leve fuit, quod huius tanti viri optimis obiectum est consiliis. Minister enim quam primum rebus admotus est ignorantiam, arrogantiam & inutilitatem suam detexit, rabiosissimas in ipsis primordiis lites pro propriis suis emolumentis suscitans, ac destitutus intelligentia, omnium praesumebat emendare officia, solus Iustitiam administrare, solus Patrimonium tractare volebat, atque id modis adeo violentis ac inhumanis, vt statim totam turbaret gubernationem, maximo cum dolore omnium reliquorum officialium. Lis ei fuit praecipua cum Patrimonii Conservatore Petro Velasco, homine à Rege ipso pro sincero, & ad quoduis officiũ idoneo habita, solo in eo Regno Hispanico ministro, neq; intellexit rudis hic ac ignarus servus quanto sibi damno, & Domino suo impedimento, iustae huius viri, qui statim sumpta licentia aulam versus est profectus querelae erant futurae.

Marchio sanctissima qua fieri poterat intentione aulae pecunias deposuerat, electo pro Depositario Genuense quodam, Nicolao Gentili, & quia hoc Domino Petro Conservatore, & Andrea Arduino Protectore Patrimonii inconsultis factum fuerat, ambobus magnus est apertus campus ad Depositariam hanc pro suo modo in Aula depingendam aut potius denigrandam, tantumque fecerit, ille verbis praesens, hic absens, literis, vt Rex novitate hac, absque illorum consilio admissa, sed indignationem permotus, subito tollendã mandarit, & Genuatem illum severissime ad reddendam rationem compellendum, nulla hac de re admissa Marchionis excusatione. Vnde omnibus postea, qui volebant, data est occasio, reliqui Ministri huius in aula iam prorsus despecti ac depressi, nisi eum Dominus Iohannes Andreas Doria favore suo paulum sublevasset, actiones sinistre interpretandi.

Hinc

Di qua nacquero le prime fatighe del Marchese ogn' hora occupato à defendere & à giustificare quelli imputationi, che in nome pungeuano il servitore, & in fatti ferivano lui, à cui se si leua questo errore d' esser sempre stato costante nella buona opinione, che haueua del suo seruitore, non trouerà la emulatione, & la malignità cosa veruna da imputargli in quel gouerno. Ma non si fermò nell' imperfettioni del suo Ministro la mala fortuna di quel buon Cauagliero, perche venne fortazamente ad vrtar con vn' altro scoglio molto più pericoloso del primo; Questo fu il maneggio di quei due maritaggi tanto desiderati, & racomandati da Ruigomez, l' vno per Don Diego de Silua suo Nepote, l' altro per il Conte Ciprentes suo parente & amico strettissimo, non vsando, ne potendo con ragione vsare il Marchese quelle violentie, che per la conclusione di detti maritaggi desideravano, il Conte, & Don Diego si partirono di Sicilia mal sodisfatti, imputando à poca volentà quello, che nasceua da molta ragione, & li debilitarono in tal guisa l' amore di Ruigomez, che quel Signore cominciò tosto à veder ne segnali. A questo s' aggiunse la necessità, che hebbe per li medesimi matrimonii di carcerare con suo gran dolore Don Martin d' Aragona da lui amato come figliuolo, & farsi nemico il Duca di Voglia Lermosa suo Padre; s' aggiunse all' istessa causa la carceratione del Reggente Peuola, alla quale venne anco sforzatamente, per il gran disturbo, che seguiua al negotio, lasciando il maneggio della giustitia senza capo: sopragiunsegli ancora l' occasione dell' inquisitor Berzura per la sua lite, che haueua nella gran Corte, per la qual fu sforzato il Marchese scriuere al Re, che Berzura & lui non poteuano stare in vn medesimo Regno; ma l' intoppo maggiore, & assai più pericoloso fu, che si causò nella mente del Rè alteratione, per il negocio della Monarchia; percioche desiderando quel buono, & Christiano Signore d' emendare alcuni abusi, che si commetteuano nelle cause di detta Monarchia, con molto risentimento del sommo Pontefice, fu al Re figurata la cosa molto diuersamente da quello che era l' intentione, & l' opera del Marchese, onde nacque quel gran romore, che se ne fece in Corte, & quella lettera, che se gli scrisse con parole sì graui, che gli tormentarono l' animo per molti giorni. Tutti questi inconuenienti accaduti à colui, che più d' ogn' altro gli fuggiua, & desideraua la quiete, haueuano disposte le cose in modo, così in Spagna, come in Sicilia, che s' il Marchese fusse ristato viuo, non haueria potuto fuggir quei pericolosi disturbi, & disgusti, che fatalmente vanno conneßi col gouerno di quel Regno.

Hinc primi Marchionis initium habuerunt labores, satagentis, vt eas excusaret imputationes, quæ serui quidem præferebant nomen, herum autem ipsum petebant, qui si ab eo abduci potuisset errore, quo semper in bona illa de seruo suo constans permansit opinione, nec æmulatio, nec ipsa malignitas nihil inuenisset, quod ipsi imputari potuisset. Verum non substitit aduersa huius viri fortuna in serui imperfectionibus, sed & in alium ac periculosiorem denuo offendit scopulum. Fuit hic duorum coniugiorum tam à Ruy Gomezio desideratorum & ipsi commendatorum tractatio. Alterum pro Don Diego de Silua, eius Nepote, alterum pro Comite Ciprentano, eius familiari ac amico intimo, in qua Marchio nec vsus est, nec vti potuit ea violentia quæ ad dicta perficienda coniugia putabatur fuisse necessaria. Vnde Comes & Don Diegus è Sicilia indignabundi profecti, Marchionis negligentiæ aut voluntaris defectui tribuentes, quod multis rationibus fieri aliter non poterat, amorem Ruy Gomezii erga eũ ita debilitarunt, vt etiam alienatũ eius animũ manifestis signis ipsa deprehenderet. His accessit & necessitas, qua propter eadem quoque coniugia, magno cum suo dolore Don Martinum d' Arragona, à se vt filium amatum, carceri includere, & Vogliæ Lermosæ Ducem eius Patrem inimicum sibi facere coactus est. Adiuncta quoque fuit propter eandem causam Regentis Peuolæ incarceratio, ad quam inuitus coactus etiam est, propter summa quæ ex ea sequebantur incommoda Iustitiæ scilicet tribunali absque capite remanente. Accessit itidem priuata inter ipsum & Berzuram Inquisitorem controuersia, qua tandem permotus est Marchio, vt ad Regem scriberet Berzuram & se in eodem regno esse non posse.

Maximum autem, & omnium periculosissimum offendiculum fuit, quod in Monarchiæ negotio ad qua in Regis mente causata est alteratio. Dum enim optimus ac pientissimus vir, aliquos emendare tentat abusus, qui in Monarchiæ negotio, non absque summi Pontificis committebantur offensione, res longe aliter quam ipsius erat intentio in aula depicta fuit, atque hinc nati illi rumores qui per totam aulam spargebantur, & litteræ adeo graues, & pungentibus scriptæ verbis, quæ multos eius animum dies macerarunt.


Omnia hæc incommoda illi acciderunt, qui præ omnibus aliis ea fugiebat, quietem desiderans, ac res ita tam in Hispania quam in Sicilia disposuerunt, vt si in viuis mansisset Marchio, non effugisset periculosos illos labores, qui illi regimini quasi fataliter hactenus annexi fuerunt.

Giouan di Vega, il qual faceua professione di battere la Nobiltà, & fauorire la plebe, ma con vna considerata equalità di giustitia, e' habbia la sua proportione; la seconda mostrarsi inclinato all' osseruanza delle loro immunità, la terza, tener con loro non solo grauità, ma anco vna certa specie di fatichezza, con la quale si facciano star lontani, attiò non venghino mai à penetrare cosa veruna di importanza toccante al Reggitore, ò al reggimento; auuertendo principalmente che giamai venghino in cognitione di quelle sbrigliate, che per ogni minima occasione piouono dalla Corte, & particolarmente à Ministri Italiani, perche subito si darebbeno alle maniere dell' insolenza.

Il Duca di Medina, che fù buon Caualiere, & mal reggitore, consultandosi con vn Ministro Siciliano la giustificatione, che doueua fare quando veniuano le sbrigliate sopradette, diede di sua mano li Copi à chi desideraua di sbatterlo.

nomen patet, non tamen eo modo quo Iohannes de Vega hanc quærebat famam, Nobilitatem premens, ac plebem eleuans, sed circumspecta & proportionata Iustitiæ æqualitate. Secundum, ve se ad immunitatum ipsorum obseruantiam propensum demonstret. Tertium, vt non solum grauitatem suam eū ipsis seruet, verum etiam quandam præ se ferat austeritatem, qua ipsos à se remoueat, ne vnquam ad secreta vsque ad Rectorem aut Regimen pertinentia penetrent. Ac summa cura præcaueat, ne reprehensiones illæ, quæ minima aliqua de causa ab Aula veniant, ad ipsorum Italicorum præcipuæ ministrorum peruenitant notitiam, ne subita aliqua ad solitam insolentiam ipsis detur occasio.

Dux Medinæ qui bonus Eques, sed malus Gubernator fuit, eum Siculo Ministro de excusationibus, quas reprehensionibus illis opponere deberet consultans, propria sua manu illi eas tradidit, qui nihil aliud quam eum exagitandi quærebat occasionem.



CAPVT XVIII.

DELLA FORZA DEL PARLAMENTO.

DE VI ET AVTHORITATE PARLAMENTI.

IL Parlamento di Regno ha gran forza di trauagliare vn Vice Re poco destro; in Sicilia non può il Reggitore hauere il donatiuo ordinario, che s' offerisce ogni tre anni, non può ottenere straordinario ne fare rinouatione alcuna toccante al publico, senza il consentimento vniuersale del Regno, il qual consentimento si da per publico parlamento;

Questo concorrono à farlo tre specie di persone, chiamate da loro le tre braccia del Regno, che sono tutti li Prelati, sì di grande, come di picciola intrata, la radunanza di questo si chiama il braccio Ecclesiastico; tutti li Baroni detto il braccio militare; tutte le Terre del Re, delle quali ciascuna manda vn Procuratore, & lo chiamano il braccio demaniale.

Chiamansi costoro per lettere Viceregie, che à giorno statuto debbano ritrouarsi doue è il Vice-Re, & congregati in vn luogo, il Vice Re assiso in alto,

MAgnam habet Parlamentum commoditatem ad Viceregem minus circumspectum vexandum. Non enim vel ordinarium tributum quod singulis datur trienniis, (Donatiuum ipsi vocant) nec extraordinarium recipere potest, aut quicquam in publico innouare sine vniuersali totius Regni consensu, qui publico declaratur Parlamento. In quo tres regni status, quos ipsi Brachia vocant congregantur, nempe, Omnes Prælati tam qui paruos quam qui magnos habent reditus, & hi vocantur Brachium Ecclesiasticum. Deinde omnes Barones, qui Brachium militare dicuntur, & demum ciuitates totius Regni, quarum vna quæque suum mittit procuratorem, ac Brachium Domaniale vocantur.

Conuocantur hi à Vice Rege, qui omnibus congregatis in alto ac Regio sedens solio breuiter proponit causas, ob quas eos euocauerit, & quid ab ipsis requirat. Cuius finito sermone surgit ex Prælatis præcipuus, qui intellectam ab ipsis

dictæ

principalmente li Prelati Spagnuoli, la seconda, perche in vniuersale stanno sempre alle mani col Vice Rè per gli abusi della Monarchia, la terza perche nessuno delli bracci sente la grauezza de donatiui quanto l'ecclesiastico, come quello, che paga di borsa.

Li disturbi di questo braccio sono grandi, & attissimi a far cadere nel regno il Vice Rè in dispregio & dalla Corte fargli venire la sindicatione adosso, & questo braccio non solo è potente da se per il numero, per le ricchezze, per l'opinione della bontà, & per quei rispetti, che si deueno a Prelati ma ancoper essere ordinariamente seguito dal braccio dominiale, come quello, che tal'hora paga di borsa anch' esso, ouero è trauogliato da molta grauezza Gabelle, che si mette da se forzatamente per sodisfare alla sua portione. Talche come compagni nelle grauezze sono anco conformi ne' i pareri, onde hà per costume il dominiale non determinare cosa nessuna in Parlamento fin che non sente doue inclina l'ecclesiastico. Et acciò che questa corrispondenza riesca più stabile, sogliono le Terre del Dominio nell' elettione de Procuratori, che mãdano, far scelta di quelli, che sono fra loro tenuti per più testardi, che maggior interesse patiscono per li donatiui, & che sono affatto lontani d'hauer disegni col Vice Re. Il quale se non remedia, che questi duo bracci stian diuisi in ogni Parlamento, sentirà burasche pericolose per la sua reputatione, & danno se per li suoi confidenti.

Il braccio militare per l'ordinario suol essere dalla parte del Vice Rè, per due cause, prima perche il Baronaggio non sente grauezza alcuna delli donatiui, & se bene i loro Vasalli pagano per essi, si sà che stiano poueri, & non cada mai di mano loro la zappa gia che in questi consiste la ricchezza de Baroni, per la quantità de i terreni lauoratiui, che essi hanno chiamato feudi. Il secondo, per che fra disegna, & timore, ogni Barone ha qualche interesse col Vice Re, se per quello con poca prudentia nõ mostrasse di farne poca stima, & gli tenesse mal sodisfatti, & ancora offesi, come fece Don Vgo di Moncada col Conte di Gelisano, & il Duca di Medina col Duca di Terra Nuoua, perche in tal caso potrebbe aspettare le medesime fini, che hebbero li sopradetti.

Presupongasi adunque il Vice Rè sempre che chiama parlamento straordinario, & anche ordinario quando desidera augmẽto, di hauer due bracci totalmente contrarij, che sono l'ecclesiastico, & il dominiale, & quel de Baroni sempre fauoreuole, se con sinistri modi non se lo perde.

Le vie che s'vsano per ridurre dalla sua l'ecclesiastico, sono cinque, la prima, sforzarsi per tutto il tempo del suo gouerno d'vitare almeno che si può con i Prelati grandi, & di grande auttorità nel Re-

quid sentiant libere proferre, tam contra ipsum, quam contra ipsius confidentes: quod præcipuè faciunt prælati Hispani. Secũda est, quod semper cum Vice Rege in contentione sunt, propter Monarchię abusus. Tertia quod nullum est brachiũ, quod ita sentiat Donatiuorum onera, atq; Ecclesiasticum, vtpote quod ex propriis illa soluit loculis.

Impedimenta quæ ab hoc proueniant brachio magna sunt, adeo vt facile ViceRegem in Regno in contemptum præcipiter agant, ac ab aula syndicationem ei inducant. Et potens quoq; est per se non solum numero, diuitiis & opinionis bonitate reliquisq; respectubus qui Ecclesiasticis debentur, verum etiam quin plerumq; à suis habet partibus brachium Dominiale, vtpote quod etiã aliquando de proprio soluit, aut aliis magnis vectigalium, quæ sibi ipsi imponit, vt habeat vnde soluat, grauatur oneribus: vnde tanquam onerũ atq; laborum socij, in sententiis quoq; conueniunt, ac plerunq; Dominiale brachium nihil vnquam in Parlamento concludit, antequã sentiat in quam partem Ecclesiasticum inclinet. Atq; vt hæc conformitas ac correspõdentia tanto sit firmior, solent ciuitates in Procuratorũ suorũ electione eos quærere qui obstinatiores sunt, & qui plurimum ex donatiuis sentiunt damni, ac qui à ViceRegis affectione aut collusione cum eo sunt quam remotissimi. Et nisi is curet vt duo hęc brachia in omnibus sibi inuicem contraria sint Parlamentis, periculosos suæ reputationi, & confidentibus suis damnosos sentiet turbines.

